Aq. ſtillat. ſambuc. unc. VI.

M. D. ut omni bihorio cochlear unum exhibeatur, donec prodeant exanthemata et æger levetur.

191. PILULAE

Excitantes, ſtimulantes.

℞. *Croci Auſtriac.* dr. ſemis.

F. cum *Balſam. peruv.* pilulæ gr. III.

D. S. ut omni trihorio pilulam I. ſumat.

192. BOLUS

Reficiens excitans.

℞. *Croci auſtriac.* gr. IV.
Conſervae Meliſſae dr. I.

M. F. Bolus. Detur pro doſi, et dentur tales numero plures, prout indicatio poſtulat.

193. ALTER

Balſamicus vulnerarius in morbis pectoris.

℞. *Sacchari albiſ.* ſcrup. I.
Balſam. peruv. gutt. III.
Croci auſtr. gr. VI.
Exacte mixtis adde
Conſervae hederae terreſtris dr. I.

M. ſumat ſingulis diebus unum cum infuſo appropriato.

194. ELECTUARIUM

Stimulans emmenagogum.

℞. *Extract. martis pomat.*
Pulv. rad. dictam. alb.
Croci auſtriaci ana dr. I.
Boracis venetae dr. III.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.

Miſce exacte in electuarium liquidum, de quo ſumat quater de die parvum cochlear.

LILIUM ALBUM.

195. VINUM

Excitans, fragans, lætificans.

℞. *Flor. lilior. alb. cum antheris recenter collector.* No. III.
Infunde in vini generoſ. alb. frigid. libr. I.
Detur ad libitum.

196. CATAPLASMA

Maturans.

℞. *Micae panis* unc. IV.
Bulb. Lilior. albor. No. II.
Coque in cataplaſma, et applica.

197. VEL.

℞. *Bulb. Lilior. alb. ſub cineribus aſſat.* No. IV.
Mellis parum.

Redige in cataplaſma uſus prioris.

LILIUM CONVALLIUM.

198. JULEPUS

Excitans, reficiens in languore ſpirituum.

℞. *Aq. ſtillat. Lilior. convall.* unc. VI.
Spiritus Lilior. convall. unc. ſemis.
Eſſent. croci dr. I.
Syrup. Rubi Idaei unc. ſemis.

M. F. Julepus.

S. ut ſumantur omni bihorio cochlearia duo.

199. BOLUS

Excitans in eundem uſum.

℞. *Conſerv. Lilior. Convall.* dr. III.
Fiant inde Boli No. II.

D. S. ut æger mane et veſperi ſumat bolum cum uſu præcedentis mixturæ.

MELISSA.

200. MIXTURA

Excitans in apoplexia frigida, paſſione hyſterica, cordis palpitatione, et carminativa in colica flatulenta.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. ſemis.
Olei ſtillat. Meliſſae gutt. V.
Eſſent. ſuccini dr. I.
Aq. Meliſſae compoſitae unc. I.
— *Stillat. Meliſſae* unc. VI.

M. Sumat omni hora cochlearia duo.

201. MIX-

201. ALIA

Excitans in ſenſuum hebetudine, et languore.

℞. *Aq. ſtillat. Meliſſae* unc. VIII.
Spiritus Meliſſae unc. ſemis.
Eſſent. Croci dr. I.
Syrup. Cort. aurant. unc. I.
M. ſumat æger omni bihorio cochlear.

202. INFUSUM

Vinoſum reficiens in triſtitia inſolita, et Melancholia.

℞. *Herb. Meliſſae citrat. recent.* manip. I.
Croci auſtriac. dr. ſemis.
Infunde in vini generoſi frigidi libr. I.
D. Sumat æger unc. II. ter de die

BASILICUM.

203. INFUSUM

Reficiens in triſtitia inſolita.

℞. *Fol. Baſilici* dr. II.
Infunde in libr. III. vini albi generoſi.
Quod inſerviat pro potu moderato.

204. VINUM

Fragrantiſſimum exhilarans.

℞. *Fol. recent. Baſilici* dr. I.
Infunde in vini albi generoſi, et
Aquae ſtill. Baſilic. ana unc. VI.
Stent in infuſione frigida per aliquot horas, colaturam exhibe.
S. ut æger omni bihorio ſumat cochlearia duo vel tria.

PARA-

PARALYSEOS FLORES.

205. VINUM

Antiparalyticum.

℞. *Flor. paralyſeos* unc. I.
Rad. Helleb. nigr. dr. II.
Vini generoſ. Libr. I ſemis.

Digerantur, et ſumat æger omni trihorio vaſculum.

CLASSIS TERTIA

CARDIACORUM STIMULANTIUM.

STIMULANT. NUTRIENT.

GRANATA ACIDO-DULC.

206. POTUS

Acidiuſculus leniter ſtimulans in diarrhoeis, dyſenteriis bilioſis.

℞. *Aq. fontan.* libr. II.
Succi granat. acido-dulc. unc. VI.
— *Citrei* unc. III.
Vini boni auſtriaci unc. IV.
Sacchari q. ſ. ad gratiam.

M. Sumat pro potu ordinario.

207. VEL

℞. *Limonad. ord.* libr. II.
Succi Granat. acidodulc. unc. VIII.
Syrup. granator. unc. II.

M. D. ut ſit pro potu ordinario.

ANANAS.

TUBERA.

De his vide MATER. MEDIC.

STI-

STIMULANT. EXCITANT. SUBTILIA.

FLOR. BETONICAE
BORRAGINIS
BUGLOSSI

Vide MATER. MEDIC.

208. DECOCTUM

Solvens in morbis hypochondriacis.

℞. *Herb. Borrag.*
— *Bugloſſi* ana manip. I.

Coque in ſ. q. ſeri lactis per mediam horam:
Colat. expreſſæ libr. I. ſemis adde
Mellis unc. I.
Abſumat de die.

BOTRYS

209. INFUSUM

Balſamicum vulnerarium in labe purulenta viſcerum, maxime pulmonum, in orthopnoea, tuſſi convulſiva.

℞. *Herb. recent. Botryos* manip. ſemis vel I.
Sacchari roſacei unc. ſemis.

In mortario trita infunde in lactis ebullien. libr. I. ſemis.
Stent in digeſtione per horam vaſis clauſis.

D. Sumat omni bi-trihorio vaſculum.
Eædem ſpecies etiam forma thee ſumi poſſunt.

210. CON-

210. CONSERVA
Antiphthiſica.

℞. *Herb. recent. Botryos* manip. I.
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Sacchari albiſſ. q. ſ.
ut F. l. a. Conſerva.
D. ſumat de die drachmas duas.

211. SYRUPUS BOTRYOS
Balſamicus antiphthiſicus, ſuppuratis pulmonibus, renibus, & veſicæ maxime utilis.

℞. *Herb. Botryos* manip. I.
Flor. Roſar. rubr. manip. ſemis.
Croci dr. I.
Mannae dr. II.
Mellis unc. ſemis
bene ſubacta infunde in aquæ font. bullientis libr. ſemis, ſtent in digeſtione in balneo mariæ per duas horas: Colat. expreſſæ adde
Sacchari oleoſi colati libr. I.
F. l. a. Syrupus ad lenem ignem.
D. ut ter de die cochlear unum ſumat.

212. MEL BOTRYOS
Pectorale balſamicum.

℞. *Herb. Botryos conciſae* unc. II.
Sacchari roſacei unc. I.
In mortario ſubacta digere in balneo mariæ per duas horas in
Aquae ſtill. Hyſſopi unc. X.
Colaturæ expreſſæ adde
Mellis puriſſimi libr. I.
Deſpumentur & lento igne redigantur in conſiſtentiam mellis.
D. ſumat bis, ter de die cochlear I. in infuſo Roſarum rubr. vel alio.

LADANUM

213. SUFFITUS

Diſcutiens roborans.

℞. *Ladani*
Thuris ana. unc. ſemis.
Salis ammoniac. dr. I.

M. F. pulvis groſſus.

D. ut aliqua pars carbonibus vivis inſpergatur, fumus linteo excipiatur, & pars tumida relaxata hoc linteo calido lente fricetur.

214. EMPLASTRUM

Attenuans, reſolvens, humores extrorſum provocans.

℞. *Emplaſtr. de Ladano* unc. II.

D. S. ut ſpathula calida ſuper linteo q. ſ. extenſum applicetur.

RHODIAE RADIX.

215. ESSENTIA

Anticephalalgica.

℞. *Ladani optimi*
Rhodiae Rad. recent. contus. ana. dr. I.
Fol. Flamm. Jovis dr. ſemis.
Spirit. vini alcaliſat. unc. I.

Digerantur per duas horas in balneo mariæ, refrigerata lente cola.

D. ſumat guttas. XX. XXX. bis de die.

216. INFUSUM

Gratum ſtimulans roborans.

℞. *Rhod. Rad.* unc. ſemis.

Infunde in ſ. q. *vini rubri* calidi, vaſis clauſis parum ebulliant. Colat. libr. I. Detur uſui.

S. ut æger omni bihorio unciæ II. ſumat.

RHODIUM LIGNUM.

217. INFUSUM

In Lymphæ vitiis & ipſa lue venerea, & intima humorum corruptione.

℞. *Ligni Santal. citr. raſi.*
— *Rhodii rubri raſi* ana unc. ſemis.
Aquae ferventis libr. I ſemis.

Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas, de Colatura ſumat æger bis, ter de die vaſculum.

ESSENTIA LIGNORUM

In officinis habetur.

218. ALIA COMPOSITA

In iisdem caſibus.

℞. *Rad. Ligni Rhod. raſ.* dr. I.
Fol. Flammul. jovis quaſſ. dr. ſemis.
Eſſent. Lignorum.
— *guajaci* ana unc. ſemis.

Digerantur vaſis clauſis per horam in balneo mariæ. Doſis gutt. XX. XXX.

219. SUFFIMIGIUM

Gratum aerem corrigens.

℞. *Pulv. Lign. Rhodii* unc. ſemis.
— *Oliban*
— *Maſtiches* ana dr. II.
Nitri puri dr. III.

D. pulvis pro ſuffimigio, ut ſ. q. carbonibus vivis inſpergatur.

SASSAFRAS

Rad. Lign. Cort.

220. INFUSUM

In morbis catarrhoſis articularibus rheumaticis, podagricis, venereis, ſcorbuticis.

℞. *Rad. Bardan.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per medium horæ, ſub finem coctionis adde
Cort. Saſſafras raſ. unc. ſemis.

Stent adhuc in digeſtione calida per horam: Colaturam libr. II. exhibe, vel adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.

D. ſumat vaſculatim.

221. THEE

Diaphoreticus in ulcere aut fiſtula ad puris reſorptionem impediendam.

℞. *Herb. Botryos* manip. II.
Cort. Ligni ſaſſafras unc. ſemis.
Flor. Sambuc. manip. I.

Miſtæ conciſæ dentur ſpecies.

S. ut manipulus unus infundatur in libris duabus aquæ fervidæ, & infuſum addito melle bibatur inſtar Theé.

222. MIX-

222. MIXTURA

Stimulans in morbis frigidis.

℞. *Aq. ſtillat. ſaſſafras* unc. VII.
Extract. ſaſſafras dr. I.
Syrup. Cort. citri unc. I.

M. F. Mixtura.

D. ſumat omni bihorio cochlearia duo.

223. GUTTULAE

In eandem indicationem.

℞. *Spiritus Meliſſae* unc. I.
Elaeoſachari ſaſſafras dr. I.
Extract. ſaſſafras ſcrup. II.

M. D. ſumat bis, de die guttulas XXX.

224. PULVIS

Analepticus in languore ventriculi.

℞. *Pulv. cort. ſaſſafras* dr. ſemis.
Olei ſtill. ſaſſafras gut. I.

M. F. pulvis in quadruplo.

S. ſumat ante prandium, & cœnam unum.

STIMULANT. EXCITANT. FIXIORA.

ABROTANUM.

225. INFUSUM

Sudoriferum in myaſmate ſuſcepto, vel impediendo.

℞. *Herb. Abrotan.* manip. I.

Infunde in ſ. q. *vini & aceti*, poſt lenem digeſtionem colat. unc. X. adde.

Roob ſambuci unc. II.

D. ſumat æger omni trihorio vaſculum calide ad ſudorem diſpoſitus.

226. MIXTURA

Stimulans emmenagoga.

℞. *Sacchari albiſſ.* dr. I.

Olei ſtillat. Abrotan. gutt. III.

F. l. a. elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtillat. Abrotan. unc. VIII.

Eſſent. Croci dr. I.

Syrupi cort. aurant. unc. I.

M. ut æger omni bihorio cochlear ſumat.

227. FOMENTUM

Antiſepticum.

℞. *Herb. Abrotan.* manip. II.
Salis communis unc. ſemis.

Infunde in *aq. ſtillat. abrotani*, & *aceti ſambucini* ana unc. VII.

Stent in digeſtione vaſe clauſo per horam, Colaturam expreſſam exhibe.

S. ut lintea calido liquori immerſa parti gangrænoſæ applicentur.

228. VEL

℞. *Herb. Abrotani* manip. III.
Salis ammoniaci dr. II.

Coque in ſ. q. æqualibus partibus *aceti & vini*: Colaturam unciarum XV. exhibe pro fomento.

ABSINTHIUM.

229. CEREVISIA

Abſinthiaca ſtomachica.

℞. *Herb. Abſinth.* manip. II.

Infunde in cerevis. libr. IV.

Quæ inſerviat pro potu ordinario.

230. VINUM

Stomachicum in languore ventriculi frigido, etiam poſt febres intermittentes.

℞. *Herb. Abſinth.* manip. I ſemis.
Flaved. Cort. aurant. dr. III.

Infunde in *vini boni auſtriac.* libr. III.

Sumat interdum de die vaſculum.

231. SUCCUS

In Hydrope incipiente utilis.

℞. *Succi expreſſ. & depurat. Herb. Abſinth.* unc. III.
Syrupi Rad. 5. aperient. unc. I.
M. D. ſumat medietatem mane, alteram veſperi.

232. VINUM

Stimulans incidens diureticum in eodem caſu.

℞. *Summit. Abſinth.* manip. II.
Semin. contus. Dauci unc. I.
Salis Abſinth. unc. ſemis.
Infunde in *vini auſtr. acidul.* libris III.
Præmiſſa digeſtione colaturam exhibe.
S. ut æger omni bihorio uncias duas ſumat.

233. CATAPLASMA.

Reſolvens diſcutiens ad ſanguinem extravaſatum.

℞. *Summitat. vel. fol. abrotan. recent.*
— *Abſinth.* ana manip. II.
Salis communis dr. II.
F. cum ſ. q. *aceti vini generoſi* contundendo Cataplaſma, quod applicetur loco contuſo.

234. FOMENTUM

Gangrænoſæ parti applicandum.

℞. *Herb. Abſinth.* manip. III.
Infunde in *aceti generoſ.* ſ. q., ſtet in digeſtione calida per horam: Colaturæ unc. XV. adde
Salis communis unc. ſemis.
Spiritus Abſinth. unc. I.
D. pro fomento. Ut lintea calido liquori immerſa mox parti gangrænoſæ applicentur.

235. HAN-

235. HAUSTUS

In debilitate ventriculi.

℞. *Succi expreſſ. & depurat. abſinth.* unc. I.
Aq. ſtillat. abſinth. unc. II.
Syrup. cort. aurant. unc. I.

M. F. hauſtus, quem æger ſumat tribus ante prandium horis.

236. BOLUS

Stomachicus pro frigido languido ſene.

℞. *Conſerv. abſinth.* dr. ſemis.
Extract. abſinth. gr. XX.

M. F. Bolus, detur jejuno ſtomacho.

237. PILULAE

In eundem uſum, etiam deficiente in Leucophlegmaticis bile.

℞. *Extract. abſinth.* dr. II.
Pulv. fol. abſinth. dr. I.
Saponis venet. dr. ſemis.

Fiant cum ſ. q. *Syrupi Abſinthii* pilulæ gr. III. D. S. ut ſumantur pilulæ VI. ter de die.

238. ELECTUARIUM

Incidens, reſolvens in eodem caſu, etiam in vincendo intermittentium languore, pituita.

℞. *Conſerv. abſinth.* unc. ſemis.
Pulv. folior. abſinth. unc. I.
Extract. abſinth. dr. II.
Syrup. 5. rad. aperient. q. ſ.

Ut F. Electuarium.

S. de quo ſumat æger ter de die ad magnitudinem nucis juglandis. Etiam Sal addi poteſt.

239. MIXTURA

In iisdem caſibus.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. ſemis.
Olei ſtillat. abſinth. gutt. III.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtillat. abſinth. unc. VI.
Eſſent. Abſinth. dr. II.
Syrup. cort. aurant. unc. I.
M. F. Mixtura.
D. S. ut æger omni trihorio cochlearia duo ſumat.

240. ALIA

Concentrata in calculo.

℞. *Eſſent. abſinth. ſimpl.* unc. IV.
D. ſumat per ſex ſeptimanas omni mane cochlear unum per ſe vel cum infuſo Dauci.

241. VEL

℞. *Uvae urſi* dr. II.
Eſſent. abſinth. ſimpl. unc. IV.
F. l. a. Infuſio vaſis clauſis in balneo mariæ. De Colatura ſumat ut prius.

242. ALIA

Contracta ſtomachica.

℞. *Eſſent. Abſinth.*
Spirit. abſinth. ana unc. ſemis.
Extract. abſinth. dr. I.
M. F. Mixtura contracta.
S. ut mane & veſperi guttulæ XL. in vino generoſo ſumantur.

243. ALIA

Similis in hydrope poſt febres intermittentes vel paralyſi.

℞. *Vini Tokavien.* unc. II.

Liquor. terrae fol. tartar. dr. III.

Extract. abſinth. dr. I ſemis.

D. uſus prioris.

244. ALIA

In vomitu & ſpaſmis ventriculi a cauſa frigida.

℞. *Sacchari* dr. II.

Olei eſſential. abſinth. dr. I.

Spiritus vini rectificatiſſ.

Liq. anod. mineral. ana unc. ſemis.

D.

Sumat guttas XX. XXX. in ſaccharo vel alio vehiculo convenienti.

ACORUS VERUS.

245 PULVIS

Aromaticus in debilitate ventriculi a cauſa frigida.

℞. *Pulv. Rad. Calam. aromat.* gr. XV.

Salis abſinth. gr. 10.

M. F. pulvis, & detur in quadruplo.

S. ſumat æger bis de die pulverem.

246. ELE-

246. ELECTUARIUM

Mucum incidens expectorans.

℞. *Pulv. rad. Calam. aromat.* unc. I.
Sal digeſtiv. dr. II.
Mellis puriſſimi q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. S. ut æger ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem ſumat.

247. ALIUD

Incidens ſtimulans roborans in morbis frigidis primarum viarum.

℞. *Conſerv. abſinth.* unc. ſemis.
Pulv. Rad. Calam. aromat. unc. I.
Salis abſinth. dr. II.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.
Ut F. Electuarium. Sumat ut prius.

248. INFUSO-DECOCTUM

Diureticum in ſuppreſſione urinæ.

℞. *Rad. Calam. aromat. recent.* unc. ſemis.
Infunde in ſ. q. *vini tenuis* vaſis clauſis, ſub finem aliquantulum coque.
Colaturam libr. I ſemis. exhibe.
S. ut omni trihorio unciæ duæ dentur.

249. TALEOLAE

Aromaticæ ſtimulantes.

℞. *Rad. Calam. aromat. in taleol. parv. ſectae* dr. II.
D. S. ut æger omni hora aliquas deglutiat.

ALO-

ALOES LIGNUM.

250. SUFFITUS

Stimulans roborans ad partes externas flaccidas.

℞. *Ligni Aloes ſ. Agallochi*
— Rhodii
Ladani ana unc. ſemis
Salis ammon. dr. II.

M. F. pulvis groſſus.

D. ut aliqua quantitas vivis carbonibus inſpergatur, fumus linteo excipiatur, eoque pars flaccida bene perfricetur.

251. INFUSUM

Stimulans roborans in morbis frigidis primarum viarum.

℞. *Ligni aloes raſp. optim.* unc. I.

Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ, & vaſis clauſis parum coque. Colaturam libr. I. exhibe. S. ut omni bihorio vaſculum ſumatur.

252. PULVIS

Roborans ſtimulans in eodem caſu.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. ſemis.
Olei ſtill. ligni rhod. gutt. II.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Pulv. ligni aloes opt. gr. XX.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI.

S. ut ſingulo die bini pulveres ſumantur cum infuſo ſupra præſcripto.

253. ESSENTIA I.

In debilitate viſcerum, in Hypochondriacis.

℞. *Ligni aloes opt. rapſ.* dr. II.
Tinct. martis aperitiv. unc. I.

Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas. Sumat gutt. XX ad L. in vino.

254. ESSENTIA II.

Cerebrum roborans, memoriam confortans & nervorum debilitatem emendans.

℞. *Olei aetherei ligni aloes* gutt. XXX.
Spirit. Vini rectificatiſſ.
Liquoris Manchini ana unc. ſemis.

D. uſui, ut guttulæ X. XV. XX. ſumantur in ſaccharo bis, ter de die.

ANETHUM.

255. PULVIS

Carminativus ſpecificus in cauſa frigida.

℞. *Sacchari albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. anethi gutt. IV.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Pulv. ſem. aneth. dr. II.

Divide in doſes IV.

D. mane & veſperi pulvis unus.

256. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. anethi gutt. V.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtill. anethi unc. VIII.
Syrup. cort. aurant. unc. I.

M. D. ut æger, dum flatus infeſtant, cochlearia duo ſumat.

257. CONDITUM
In eodem caſu.

℞. *Pulv. ſem. anethi* unc. I.
Rad. Calam. aromat. condit. unc. ſemis.
Syrup. Cort. aurant. q. ſ.
Ut F. Conditum.
D. ut æger ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem ſumat.

258. ELECTUARIUM
Expectorans.

℞. *Pulv. ſem. aneth.* unc. I.
Mellis virgin. q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. ut æger quater de die drachmam unam ſumat.

259. FOMENTUM.
Reſolvens, diſcutiens ad ſanguinem extravaſatum.

℞. *Folior. anethi.*
— *Abſinth.* ana manip. II.
Summitat. anethi
— *abſinth.* ana manip. ſemis.
Coque in ſ. q. *faec. vini* per ¼ horæ: Colat. libr. I ſemis adde
Salis gemmae dr. II.
Exhibe pro fomento.
D. ut in liquidum calidum immergantur lintea & mox applicentur.

260. CATAPLASMA
Diſcutiens.

℞. *Species a decoctione priori reſiduas*, adde
Pulv. ſem. anethi unc. II.
Olei infuſi anethi unc. I.
F. Cataplasma calide applicandum.

261. IN-

261. INFUSUM

Attenuans expectorans.

℞. *Semin. Anethi* unc. I.
Infunde in ſ. q. aquæ calidæ vaſis clauſis, colaturæ unc. XV. adde
Mellis puriſſ. unc. I.
D. ut æger omni bihorio vaſculum calide ſumat.

262. CLYSMA

Carminativum.

℞. *Sem. Aneth. contuſ.* unc. I.
Infunde in *olei infuſ. anethi* unc. VI.

ANGELICA.

263. INFUSUM

Diaphoreticum.

℞. *Rad. Angelic.* unc. ſemis.
Infunde in aq. et acet. ana unc. VI.
Colaturæ adde
Roob ſambuc. unc. II.
D. ut æger vaſculum ter de die calide ad diaphoreſim vel ſudorem diſpoſitus ſumat.

264. ALIUD

Stimulans in languore morborum acutorum.

℞. *Rad. Angelicae*
Cort. lign. Saſſafr. contuſ. ana dr. II.
Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ vaſis clauſis per horam: Colat. libr. I. adde
Vini boni unc. III.
D. ter de die vaſculum.

265. ALI-

265. ALIUD

Attenuans incidens antifebrile in febribus intermittentibus.

℞. *Herb. Abſinth.* manip. II.
Rad. angelic. unc. ſemis.
Cort. peruv. unc. I.

Mixta conciſa infunde in aquæ, et vini boni ana libr. I. Stent in digeſtione calida vaſis clauſis. De Colatura tempore apyrexiae unc. II. exhibe.

266. PULVIS

In eandem indicationem.

℞. *Pulv. Rad. Angelic.* gr. X.
Cort. peruv. gr. XXV.

M. F. pulvis, et dentur tales No. VI.

D. Sumat tempore apyrexiæ unum.

267. ELECTUARIUM

Stimulans incidens in morbo primarum viarum.

℞. *Pulv. Rad. Angelic.*
Calami aromat. ana unc. ſemis.
Extract. rad. angelic. dr. II.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.

Ut F. Electuarium.

D. Sumatur ter de die drachma ſemis.

ANISUM.

268. ESSENTIA

Carminans etiam diuretica in cauſa pituitoſa.

℞. *Olei ſtill. Aniſi* gutt. X.
Spirit. Nitri dulcis dr. I.

Bene commixta dentur uſui.

Sumat ſcopo carminante gutt. X. XV. XX. in ſaccharo; ſcopo diuretico major quantitas in ſero lactis, aut infuſo diuretico dari poteſt.

269. MIXTURA

Stimulans carminativa.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. ſemis.
Olei ſtill. aniſi gut. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtill. Aniſi unc. X.
Spiritus aniſi unc. ſemis.
Syrup. cort. aurant. unc. I

M. ut æger cochlear ſumat, dum flatus infeſtant.

270. ALIA

Contracta earundem virium.

℞. *Spirit. aniſi* unc. I.
Olei ſtill. aniſi gutt. IV.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Extract. rad. angelic. dr. ſemis.

M. doſis guttulæ XL. in vino bis de die.

271. ALIA

Contracta earundem virium.

℞. *Spiritus aniſi*
— *Serpylli* ana unc. I.
Elaeoſacchari anis. dr. I.

Teneat per intervalla hujus momentum in ore, dein exſpuat.

272. IN-

272. INFUSO-DECOCTUM

Diureticum.

℞. *Fol. Malvae* manip. I.
Flor. pap. rhoead. manip. ſemis.

Coque parum in ſ. q. aquæ in decocto ab igne remoto infunde

Semin. aniſi unc. I.

Colaturam libræ I ſemis exhibe.

D. ut æger omni trihorio vaſculum frigide ſumat.

273. ELECTUARIUM

Expectorans mucum incidens.

℞. *Sacchari albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. anis. gutt. X.

F. l. a. Elæoſaecharum, cui adde

Pulv. ſem. aniſi unc. I.
Mellis puriſſ. q. ſ.

ut F. electuarium.

D. ſumat omni trihorio ad nucis moſchatæ magnitudinem ſuperbibendo infuſo - decoctum ſupra præſcriptum.

274. BOLUS

In eandem indicationem.

℞. *Pulv. ſem. aniſi* dr. I.
Olei ſtill. aniſi gutt. II.
Mellis q. ſ.

ut F. Bolus, matutino tempore ſumendus.

275. PULVIS

Incidens in tuſſi pituitoſa.

℞. *Pulv. ſem. anis.* gr. XL.
— *Rad. calami* gr. X.
M. F. pulvis, et detur in quadruplo.
S. ut bis de die doſis una ſumatur.

276. ALIUS

Incidens in muco primarum viarum.

℞. *Pulv. ſem. aniſi*
— *Rad. angelic.* ana dr. III.
Tart. vitriol. dr. II.
M. F. pulvis, et dividatur in doſes VI.
D. S. ut bini pulveres de die ſumantur.

277. CLYSMA

Carminativum.

℞. *Semin. aniſi* unc. I.
Infunde in ſ. q. aquæ calidæ.
Colaturam unc. VI. calidam injice.

ANISUM STELLATUM.

278. SPECIES

Aromaticæ expectorantes.

℞. *Herb. Botrys* manip. ſemis.
Summitat. aneth.
— — *Abſinth.* ana pug. III.
Sem. Anis ſtellat. dr. II.
Miſtas conciſas exhibe ſpecies, de quibus pugilli III. infundantur in vaſculo Thee.

ARTEMISIA

In infuſis aquoſis, et vinoſis, in mixturis, ex aqua ſtillatitia et ſyrupo in ſcopum emmenagogum uterinum datur, perinde ac Abrotanum.

CALAMINTHA

279. SPECIES

Diaphoreticæ in morbis rheumaticis.

℞. *Fol. Calaminthae* manip. II.
Flor. ſambuc. manip. I.

Conciſæ dentur ſpecies, de quibus pugilli duo infundantur in vaſculo Theé ordinario.

280. FOMENTUM

Antiſepticum.

℞. *Herb. Calaminth.*
— *Abrotan.*
— *Abſinth.* ana manip. II.

Conciſas exhibe ſpecies.
S. ut manipulus I coquatur vaſis clauſis in vino rubro, lintea huic immerſa calide applicentur.

CARDAMOMUM.

281. PULVIS

Aromaticus in lang ore ventriculi.

℞. *Pulv. ſem. Cardamom. minor.*
— *Rad. Angelic.* ana gr. XII.

M. F. pulvis, et dentur tales No. VI.
S. ut bini horum de die ſumantur.

282. VINUM

Stimulans in appetitu proſtrato, vomituritione continua.

℞. *Sem. Cardamom minor. cont.* unc. ſemis.
Rad. angelicae dr. II.

Infunde in *vini boni* libr. I. per ſex horas.

D. S. de colatura ſumat æger ter de die uncias tres.

283. INFUSUM

In morbis ſoporoſis, lethargicis, paralyticis.

℞. *Cardamom. maj.* unc. ſemis.
Sem. ſinapi dr. II.
Salis ammoniac. dr. I.

Infunde in ſ. q. aquæ ferventis per horam, Colat. libr. I. adde
Syrup. de Eryſimo unc. I.

D. ſumat ter, quater de die vaſculum.

284. ESSENTIA

Nervina in linguæ paralyſi, catalepſi, chorea Sti Viti, et gravioribus morbis convulſivis.

℞. *Olei cajaput* dr. ſemis.
Liquor. Manchini vel
— *anodyn. min. Hoffm.* dr. II.
— *Cornu cervi ſuccinat.* dr. I.

Concutiendo et digerendo miſceantur.

Sumat guttas X. XX. XL. in vino, ſaccharo.

CAR-

CARVUM.

285. PULVIS

Carminativus in colica flatulenta.

℞. *Pulv. Sem. Carvi* dr. ſemis.
Olei ſtillat. aniſi gut. I.

M. F. pulvis, detur in quadruplo.

D. ut omni quarta hora pulvis unus ſumatur.

286. ELECTUARIUM

Stimulans, incidens in muco primaram viarum.

℞. *Pulv. ſem. Carui* unc. I.
Rad. Calam. aromat. condit. unc. ſemis.
Olei ſtillat. Carvi gutt. VI.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.
ut f. Electuarium.
D. ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

CARYOPHYLLATA.

287. INFUSUM

Sudoriferum in morbis catarrhalibus, et ſuppreſſa perſpiratione.

℞. *Rad. Caryophyllat.* unc. ſemis.

Conciſ. infunde in aq. fervid. unc. X.
Stent in digeſtione per medium horæ:
Colaturae adde
Aceti ſambuc. unc. I.
Roob ſambuc. unc. II.
D. S. ut æger ad ſudorem diſpoſitus in lecto ſumat omni bihorio vaſculum.

288. SPECIES

In Podagra utiles.

℞. *Folior. caryophyllat.*
Herb. Chamaepit. ana manip. I.

Conciſæ exhibeantur ſpecies.

S. ut ſingulus manipulus infundatur in aquæ fervidæ & lactis ana unc. VIII.

Infuſum calidum bibatur inſtar Theé.

289. COLLUTORIUM

Antiſcorbuticum detergens, roborans ad gingivas ſcorbuticas, laxas, mucidas.

℞. *Rad. Caryophyllat.* unc. I.

Infunde conciſam in *vini rubr.* unc. X. per horam, digeſtam vaſe clauſo ſub finem parum coque, colaturæ adde
Mellis Roſor. unc. II.

D. pro Collutorio.

290. INIECTIO LAVAMENTUM

Ad ulcera ſordida ſcorbutica, aquoſa, ichoroſa.

℞. *Rad. Caryophyllat. conciſ.* unc I. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ per medium horæ, ſub finem parum coque Colaturæ unciar. X. adde
Spirit. ſalis commun. dr. I.
Diamor. Nicolai unc. I.

D. S. ut ulcus hoc liquore ſæpius de die eluatur vel injiciatur.

CARYO-

CARYOPHYLLI AROM.

291 PULVIS

Stimulans in Leucophlegmatia.

℞. *Pulv. Rad. angelic.* gr. XV.
— *Caryophillor.* gr. V.
M. F. pulvis, detur in duplo.
Sumat mane et veſperi.

292. MIXTURA

Stimulantiſſima in paralyſi.

℞. *Olei ſtill. Caryophyllor.* gutt. V.
Sacchar. albiſſ. dr. ſemis.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtill. calaminth. unc. X.
Extract. Angelic. dr. I.
Syrup. caryophyll. unc. I.
M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

293. VINUM

In eodem caſu.

℞. *Rad. Calam. aromat.* unc. I ſemis.
Caryophillor. dr. I.
Infunde in ſ. q. *vini boni,* præmiſſa ſex horarum digeſtione, colaturam unc. XV. exhibe.
S. ut unciæ duæ ter de die ſumantur.

CASSIA LIGNEA.

294. VINUM

Incidens roborans.

℞. *Herb. abſinth.* manip. I.
Caſſiae ligneae unc. I.
Infunde in ſ. q. *vini boni*, et digere per horam vaſis clauſis. De colatura libr. II.
Sumat æger omni bihorio unc. III.

295. MIXTURA

Contracta ſtimulans.

℞. *Eſſent. Caſſiae ligneae* unc. I ſemis.
Extract. Angelic. dr. I.

M. F. mixtura contracta. Doſis dr. I bis de die

296. PULVIS

In eandem indicationem.

℞ *Pulv. caſſiae lign.*
— *Boracis venet.* ana dr. ſemis.

M. F. pulvis, et dentur tales No. VI.
S. ut bini de die ſumantur.

CHAMAEPITYS.

297. THEE

In Rheumatiſmo, arthritide.

℞. *Herb. Chamaepit.* manip. I.
Flor. ſalviae pug. III.

Conciſae dentur ſpecies pro Theé.

CINNAMOMUM

298. HAUSTUS

Reſtaurans in debilitate.

℞. *Sacchari albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtillat. cinnamom. gutt. II.

Fiat l. a. Elaeoſaccharum.

D. S. ut illico ſumatur in vini generoſi Tokavienſis unc. II.

299. MIX-

299. MIXTURA

Stimulans, reficiens, exhilarans in triſtitia involuntaria, melancholica.

℞. *Aq. ~~ſtill~~. Cinnamom. ~~bugloſſ~~.*
— — *Meliſſae,* ana unc. III.
Spiritus Meliſſae unc. I.
Elaeoſacchari cinnamom. dr. I.

M. detur omni bihorio cochlear.

300. VEL

℞. *Aq. ~~ſtill~~. cinnamom. ~~bugloſſ~~.* unc. VI.
— — ~~— *lacteae* unc. I.~~
Elaeoſacchari cinnamom. dr. ſemis.

M. D. uſus prioris.

301. ALIA

Contracta in eodem caſu.

℞. *Aquae ~~ſtill~~. cinnamom. cum vino*
— — — *~~lacteae~~* ana unc. ſemis.
Extract. croci dr. I.

M. F. mixtura contracta.
D. ut mane et veſperi guttulæ XXV. in vino generoſo ſumantur.

302. ALIA

In hæmorrhagia lochiali tonica.

℞ *Aquae ſtillat. Meliſſae* unc. IV.
Tinctur. cinnamom. dr. I.
Laud. Liquid. Sydenh. gutt. XV.

M. Sumat omni hora cochlear.

CORTEX AURANTIORUM.

303. PULVIS

Aromaticus ſtimulans analepticus.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. cort. aurant. gutt. III.
F. l. a Elæoſaccharum, cui adde
Pulv. cort. aurant. dr. II.
Fiant inde pulveres No. VI.
D. S. ut bini de die ſumantur.

304. BOLUS

In eandem indicationem.

℞. *Conſerv. Abſinth.* dr. I.
Flaved. cort. aurant. condit. ſcrup. II.
F. Bolus mane ſumendus.

305. ELECTUARIUM

In eodem caſu.

℞. *Flaved. cort. aurant. condit.* unc. II.
Pulv. rad. calam. aromat. unc. ſemis.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. ſumat ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

306. JULEPUS

Stimulans in Leucophlegmatia, et omnibus morbis frigidis.

℞. *Aq. ſtill. Cort. aurant. ſimpl.* unc. VI.
— — — — *cum vino* unc. II.
Elaeoſacchari aurant. dr. I.
Syrup. cort. aurant. unc. ſemis.
M. ſumat æger omni bihorio cochlearia duo.

COR-

CORTEX CITRI.

307. PULVIS

Stimulans analepticus.

℞. *Pulv. cort. citri*
— aurant.
— cinnamom. ana dr. I.
M. F. pulvis dividendus in doſes VI.
S. Doſis bini pulveres de die.

308. BOLUS

In eundem ſcopum.

℞. *Conſerv. Meliſſae* dr. II.
Flaved. cort. citri condit. dr. I.
M. Fiant inde Boli No. II.
S. ut alter mane, veſperi alter ſumatur.

309. ELECTUARIUM

Stimulans roborans.

℞. *Flaved. cort. citri condit.* unc. I.
Mivae cydonior. unc. III.
Syrup. cort. citri q. ſ.
Ut F. Electuarium.
Sumat ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

310. JULEPUS

Acidulus putredini reſiſtens, cardiacus leni ſtimulo vires excitans.

℞. *Seri lactis puriſſ.* libr. I. ſemis.
Aq ſtill. cort. citri unc. V.
Succi citri unc. III.
Syrup. cort. citri unc. I.
M. ſumat æger omni media hora tria cochlearia.

311. MIX-

311. MIXTURA

Stimulans cardiaca.

℞. *Sacchari albi* ſcrup. I.
Olei ſtill. citri gutt. III.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aquae ſtill. cort. citri unc. VIII.
Syrup. acetoſit. citri unc. I.
M. ſumat æger omni bihorio cochlearia duo.

CORTEX WINTERANUS.

312. PULVIS

Aromaticus incidens roborans antifebrilis.

℞. *Pulv. cort. Winteran.*
— — *peruvian.* ana dr. III.
Tartar. vitriolat. dr. II.
M. F. inde pulveres No. VIII.
S. ut æger tempore apyrexiæ pulveres duos ſumat.

313. VINUM

Medicatum in eundem ſcopum.

℞. *Cort. peruvian. contuſ.*
— *Winteran.* ana unc. I.
— *cinnamom.* unc. ſemis.
Infunde *vini boni* libr. II. de Colatura per decantationem ſumat æger tempore apyrexiæ bis de die uncias II.

314. ELECTUARIUM

Roborans ſtimulans incidens.

℞. *Conſerv. abſinth.* unc. ſemis.
Pulv. cort. Winteran. unc. I.
Syrup. de abſinth. q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. ut æger ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem ſumat.

315. CE-

315. CEREVISIA

In ſcorbuto laxò utilis.

℞. *Rad. Raph. ruſtic. raſ.* unc. IV.
Cort. Winteran. unc. II.

Infunde in *Cereviſ.* libr. IV.

Detur pro potu ordinario, & prioribus ſpeciebus de novo cereviſia ſuperfundi poteſt.

CORTEX CASCARILLAE.

316. PULVIS, BOLUS

Stomachicus roborans in dyſenteria & diarrhœa acutarum, ſi compeſcendi hi morbi ſint, utilis, item in febribus anomalis.

℞. *Pulv. Caſcarillae* ſcrup. I.
— *Cort. peruvian.* gr. X.

D. pro doſi & talis I. II. de die præmiſſis præmittendis abſente febre tres, ſi indicentur. Vel cum conſerva fiat Bolus.

317. ESSENTIA

Carminativa diuretica in Arthritide, & ſcorbuto.

℞. *Cort. Caſcarill. contus.* dr. I. ſemis.
Spirit. vini tartar. unc. I.

Digerantur per duas horas in balneo mariæ.

De Colatura ſumantur guttæ XXX. L. in decocto convenienti.

318. MIXTURA

Concentrata in tuſſi convulſiva ferina, præmiſſo laxante, anodyna.

℞. *Eſſent. Caſcarill.* dr. I.
Elixir. pectoral. Wed. dr. ſemis.

M. ſumat gutt. XX. XXX. & plures in potu theato ſummitat. Hyſſopi &c.

CO-

CORIANDRUM

319. VINUM

Medicatum ſtimulans, reficiens, carminans fragrantiæ moſchatæ.

℞. *Sem. Coriandr.* contuſ. dr. II.
Flor. ſambuc. manip. ſemis.
Infunde *vini boni albi* libr. II. horis 4.
Colaturam abſumat ſpatio diei unius.

320. PULVIS

Carminans.

℞. *Pulv. ſem. Coriandri*
— — *aniſi* ana dr. II.
M. F. pulvis dividendus in doſes VI.
D. ut bini pulveres de die ſumantur.

CUMINUM

321. CLYSMA

Carminativum in colica flatulenta.

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Abrotan.* ana manip. I.
Sem. Cumini unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ vaſis clauſis.
Colaturam libr. I. divide in duo Clysmata.
D.

322. CATAPLASMA

Carminativum.

℞. *Species antea decoctas*
hisque adde
Olei infuſi anethi unc. I.
Pulv. ſem. cumini q. ſ.
Ut F. Cataplaſma, quod calide abdomini applicetur.

323. EPITHEMA

Siccum carminativum domeſticum.

℞. *Farin. tritic.* libr. I.
Pulv. ſem. Cumini unc. V.

Invicem toſta adhuc calida applicentur inter duo lintea abdomini.

CYPERUS.

324. VINUM

In paralyſi ſtimulans.

℞. *Rad. Cyperi rotund.* unc. I.
— *angelic.* unc. ſemis.

Infunde in libr. I. *vini generoſi* de colatura per decantationem ſumat æger bis de die uncias II.

325. ELECTUARIUM

In eodem caſu.

℞. *Pulv. Rad. Cyperi rotund.* unc: ſemis.
Extract. Rad. angelic. dr. II.
Syrup. Caryophyllor. q. ſ.
Ut F. Electuarium.

D. S. ut æger bis de die ſumat drachmam ſemis ſuperbibendo vinum ſupra præſcriptum.

DICTAMNUS ALBUS.

326. PULVIS

Contra vermes & tumidum abdomen infantum pro teneris usque ad 10 ætatis annum.

℞. *Pulv. Rad. dictam. alb.* gr. III. V. X.
F. pulvis, & tales No. VI.
Dentur duo, tres de die.

327. ALIUS, BOLUS

In eodem caſu fortior.

℞. *Pulv. Rad. dictam. alb.* gr. VI.

Rad. Jalapp. gr. III. V.

vel

Mercurii dulcis gr. III.

D. pulviſculus, vel melle F. Bolus.

328. ALIUS

Emmenagogus.

℞. *Pulv. Rad. dictam. alb.*

— — *ariſtoloch. rotundae* ana gr. X.

D. pulvis pro doſi & dentur tales No. VI. ſumat duos de die.

329. INFUSUM

In eodem caſu, & fluore albo.

℞. *Capſul. ſeminal. dictam. alb.*

Rad. dictam. albi ana dr. III.

Aquae ebullient. libr. I.

Stent in infuſione fervida per horam, Colaturae adde

Syrup. Rad. 5. aperient. unc. II.

D. ſumat æger bis, etiam ter de die vaſculum unciarum V. Sic etiam in vino frigide infundi poſſunt, & fieri Vinum medicatum in Chloroſi, ſuppreſſione menſtruorum utile.

330. ESSENTIA I SALINA

In morbis hyſtericis epilepticis melancholicis a menſtruis ſuppreſſis, in fluore albo, ſuppreſſione menſium.

℞. *Capſul. ſem. dictam. albi*
Rad. Dictam. albi ana dr. I.
Liquor. Tart. ſplenet. unc. I ſemis.
— *viſceralis* dr. II.

Digerantur in balneo mariæ per III. horas. De Colatura ſumat in vehiculo appropriato gutt. LXXX. C.

331. ESSENTIA II ALCALINO-SPIRITUOSA

In iisdem caſibus.

℞. *Capſul. ſem. dictam. alb.*
Rad. Dictam. albi
Salis tartari ana dr. ſemis.

In mortario exacte ſubactis adde terendo
Spirit. vini puriſſ. unc. I.
Liquor. viſceralis dr. I.

Digerantur in balneo mariæ per II horas: De Colatura ſumat XXX. XL. guttas aliquoties de die in vehiculo convenienti.

332. ESSENT. III DICTAM. ALBI COMPOSITA

In iisdem caſibus.

℞. *Capſul. ſem. dictam. albi*
Rad. dictam. albi
— *petaſitidis* ana dr. ſemis.
Sacchari dr. II.

In mortario exacte tritis adde
Tinctur. antimon. tartariſatae unc. I ſemis.

Digerantur ut prius, & eodem modo dentur.

DICTAMNUS CRETICUS.

334. INFUSUM

Vinoſum ſtimulans in debilitate virium.

℞. *Fol. dictam. cretic.* manip. I.
Infunde in libr. I. Vini boni præmiſſa digeſtione, colaturam exhibe.
D. ſumantur omni trihorio unc. III.

335. PULVIS

Stimulans languidas ad partum vires.

℞. *Pulv. dictam. cret.*
— *Borac. venet.* ana dr. ſemis.
Elaeoſacchari cinnamom. ſcrup. I.
M. F. pulvis dividendus in doſes duas.
D. S. ut omni bihorio I. in vino ſumatur.

ENULA.

336. PULVIS

Incidens ſtomachicus in glutinoſo ſpontaneo.

℞. *Pulv. Rad. Enulae* dr. II.
Borac. venet. dr. I.
M. F. pulvis dividendus in doſes VI.
D. S. ut paribus intervallis ſumantur de die pulveres ejusmodi No. III.

337. VINUM

Stimulans antiparalyticum, contra tremorem a remediis mercurialibus inductum.

℞. *Rad. Enulae conciſ.* unc. I ſemis.
Infunde in *vini albi generoſi* unc. XV. ſtent in digeſtione per noctem vaſis clauſis.
D. S. ſumat æger omni trihorio unc. II.

338. PUL-

338. PULVIS

In eundem uſum.

℞. *Pulv. Rad. Enulae*
 — — *Pimpinell. alb.* ana gr. X.
 Flor. Sulphuris gr. XV.
M. F. pulvis ſubtilis, & fiant tales No. IV.
D. S. ſumat æger mane & veſperi unum pulverem cum uſu præcedentis vini medicati.

339. INFUSUM

Prophylacticum adverſus calculum.

℞. *Rad. Enulae concis.* unc. I.
D. uſui. Ut drachmæ duæ infundantur in ſ. q. aquæ fervidæ ſingulo mane, & infuſum calidum inſtar potus theati per 14 dies bibatur.

GALANGA MAJOR.

340. PULVIS

Aromaticus ſtimulans incidens in cruditate ventriculi a nimio muco.

℞. *Elaeoſacchari aniſi* ſcrup. ſemis.
 Pulv. Rad. galang. maj. ſcrup. I.
M. F. pulvis, detur in quadruplo.

341. ELECTUARIUM

In Leucophlegmatia.

℞. *Pulv. Rad. galang. maj.* dr. III.
 Rad. calam. aromat. condit. unc. ſemis.
 Extract. angelicae dr. II.
 Syrup. cort. aurant. q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. ſumatur drachma ſemis omni trihorio.

GALANGA MINOR.

342. PULVIS

In ſingultu & vertigine utilis a cauſa mucoſa.

℞. *Rad. Galang. minor. pulv.* dr. I.
Dividatur in doſes tres. Abſumat de die.

343. ELECTUARIUM

In eodem caſu a cauſa frigida.

℞. *Pulv. Rad. Galang. minor.* dr. III.
Sem. anis. condit. unc. ſemis.
Syrup. cinnamom. q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. ſumat æger drachmam ſemis ter de die.

GENTIANA

344. VINUM

Medicatum ſtomachicum in languore ventriculi & inertia, vel defectu bilis.

℞. *Rad. Gentian.* unc. I.
Cort. Caſcarill. unc. ſemis.
Concis. infunde in vini albi generos. libr. II. p. l.

Idem addito *cortice peruviano* & ſalibus, in febribus intermittentibus valet.

345. BOLUS

In Podagra.

℞. *Extract. Rad. Gentian.* gr. X.
Conſerv. fumariae dr. I.
M. F. Bolus, & dentur tales No. II.
D. S. ſumat æger mane & veſperi unum ſuperbibendo vaſculum infuſi ſequentis.

346. INFUSUM

In eundem uſum.

℞. *Rad. Gentian.*
— *Caryophyllat.* ana dr. II.
Herb. Chamaepityos manip. II.

Conciſas ſpecies exhibe.

S. ut pugilli duo infundantur in libra I. aquæ fervidæ, infuſum affatim bibatur, & ex novis ſpeciebus repetatur.

347. PULVIS

In calculo proficuus.

℞. *Pulv. Rad. Gentian.* gr. XXV.
Salis ſtipit. fabar. gr. X.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI.

D. S. ſumat æger ſingulo mane pulverem unum ſuperbibendo ſerum lactis, & obambulando.

348. DECOCTUM

Incidens, detergens ad ulcera ſordida, & fiſtuloſa depuranda.

℞. *Rad. Gentian.* unc. I.
Folior. flammulae jovis pug. II.

Decoque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, in Colatura unciarum X. diſſolve

Saponis venet. vel
— *vulgaris* unc. ſemis.

D. S. ut ſæpius in die ulcus hoc liquore depuretur. Vulgo *mel*, ſaponis loco adjicitur.

349. PULVIS

Anth lmin icus.

℞. *Pulv. Rad. Gentian.*
— — *Dictam. albi* ana dr. ſemis.

D. ut infanti mane & veſperi ingeratur, quantum cuſpide cultri capi poteſt, in cochleari lactis ſaccharati vel in melle.

HYPERICON.

350. PULVIS, BOLUS

Anthelminticus pro diverſis ætatibus.

℞. *Pulv. fol. Hyperici*
— *Rad. dictam. alb.* ana gr. III. V. X.

D. pulvis, vel cum melle fiat Bolus, aut etiam cum Syrupo Cichorei cum Rheo Syrupus.

351. ESSENTIA

In morbis Hyſtericis Melancholicis.

℞. *Herb. Hyperic.* dr. I.
Flor. Hyperic. dr. ſemis.
Tinctur. antimon. tart. unc. I.
Laud liquid. Sydenh. gutt. XII.

Digerantur, de Colatura doſis eſt a guttis XXX. ad L.

352. INFUSUM. LAVAMENTUM.

In iisdem caſibus etiam anthelminticum.

℞. *Summitat. Hyperic.* manip. I.
Rad. dictam. albi dr. II.
Vini unc. IV.
Aq. Danubialis colatae ferventis libr. I ſemis.

Infunde ad cineres calidos per duas horas, Colaturam edulcora, & vaſculatim exhibe. Externe ſcopo detergente balſamico anthelmintico inſervit ad ulcera.

353. BO-

353. BOLUS

In diſpoſitione phthiſica pro teneriori ætate.

℞. *Flor. Hyperici* gr. VI.

Sumat in melle.

354. VEL

Pro adultioribus.

℞. *Conſervae heder. terreſtr.* dr. I.
Pulv. Flor. Hyperic. ſcrup. I.

M. et exhibe.

Cum majoribus quantitatibus Electuarium fieri poteſt.

355. MEL HYPERICI

Pro Officinis, utile in diſpoſitione phthiſica, in phthiſi balſamicum, in melancholia, in vermibus interne, externe balſamicum detergens.

℞. *Summitat. Hyperic. concis.* manip. III.
Flor. Hyperic. manip. I.
Aquae ferventis libr. II.

Infunde ad cineres calidos per IV. horas, colaturam expreſſam miſce cum mellis deſpumat. libr. IV. et in vaſe non vitreato coquantur leni igne in conſiſtentiam debitam.

HYSSOPUS.

356. INFUSO-DECOCTUM

Expectorans.

℞. *Fol. Malv.* manip. I.

Coque in ſ. q. aquæ, ſub finem coctionis adde
Herb. Hyſoppi manip. I.

Stent adhuc parum in digeſtione colaturæ unc. XV. adde
Syrup. de Hyſſopo unc. II.

D. S. ut æger infeſtante tuſſi vaſculum calide ſumat.

357. SPECIES

In eundem uſum.

℞. *Fol. Malvae* manip. II.
Herb. Hyſſop. manip. III.
Conciſas exhibe ſpecies.
S. ut manipulus ſemis infundatur in ſ. q. aquæ fervidæ; infuſum bibatur calide inſtar potus Theæ.

358. ELECTUARIUM

Expectorans.

℞. *Conſerv. Hyſſopi* unc. ſemis.
Pulv. folior. Hyſſop. unc. II.
Syrup. de Hyſſopo q. ſ.
Ut F. Electuarium.
D. S. ut æger ter de die drach. I. ſumat.

359. BOLUS

Earundem virium.

℞. *Conſerv. Hyſſop.* dr. II.
Pulv. fol. Hyſſop. dr. I.
M. F. inde boli No. II.
D. quorum alter mane, alter veſperi ſumendus.

360. MIXTURA

Stimulans expectorans in catarrho ſenili.

℞. *Aq. ſtill. Hyſſop.* unc. X.
Antimon. diaph. non ablut. dr. I.
Extract. Enulae dr. II.
Syrup. de Hyſſopo unc. I.
M. ſumat æger calidæ hujus mixturæ cochlear unum omni bihorio.

361. PI-

361. PILULAE

Detergentes, expectorantes.

℞. *Pulv. folior. Hyſſop.* dr. II.
Mellis puriſſ. q. ſ.

ut F. pilulæ gr. III.

D. S. ſumat æger ter de die pilulas No. VI. cum Infuſo-decocto ſupra præſcripto.

IMPERATORIA

362. VINUM MEDICATUM

Stimulans incidens in Leucophlegmatia, et Hydrope incipiente.

℞. *Rad. Imperator.*
— *Galang. minor.* ana unc. ſemis.
Sem. Cardamom.
— *Aniſi* ana dr. III.

Infunde in *vini boni* libr. II. præmiſſa digeſtione exhibe.

S. ut ſumantur unciæ II. ter de die.

363. INFUSUM

Stimulans, vires vitæ augens in fine morborum acutorum.

℞. *Rad. Imperator.* unc. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquae calidae per horam, Colaturæ libræ I. adde
Roob ſambuc. unc. I.

M. et exhibe.

364. MA-

364. MASTICATORIUM.

Sialagogum.

℞. *Pulv. Rad. Imperat.* dr. II.
Maſtiches optim. unc. ſemis.

Contunde in mortario calido piſtillo et fiant l. a. paſtilli No. X.

S. Manduntur leniter mane per horam paſtilli duo, ut ſaliva proliciatur, quæ continuo exſpuenda.

365. PULVIS

Incidens ſtimulans in muco et laxitate primarum viarum.

℞. *Pulv. Rad. Imperator.*
— — *Galang. min.* ana dr. II.

M. F. inde pulveres No. VI.

D. S. ſumatur mane et veſperi unus.

366. PILULAE

Stimulantes in paralyſi.

℞. *Pulv. Rad. imperat.* dr. III.
Syrup. caryophyllor. q. ſ.

ut F. pilulæ granorum III.

D. S. ut ſumat æger omni trihorio pilulas No. III. cum vino ſupra præſcripto.

367. BOLUS

In eodem caſu.

℞. *Extract. Rad. Imperator.*
— — *Angelicae* ana gr. VI.

M. F. Bolus, et fiant tales II.

D. S. ut mane et veſperi unus ſumatur ſuperbibendo infuſum appropriatum.

368. ELE-

368. ELECTUARIUM

Stimulans incidens in muco, et laxitate primarum viarum.

℞. *Conſerv. abſinth.* unc. ſemis.
Pulv. Rad. Imperator. unc. I.
Extract. Rad. Imperator. dr. II.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.

ut F. Electuarium.

D. S. ut ſumatur ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem. Addi ſal poteſt.

369. CATAPLASMA

Diſcutiens reſolvens ad ſanguinem extravaſatum.

℞. *Folior. Imperator. recent.* manip. I.
Salis communis dr. ſemis.

Cum ſ. q. *aceti* contundendo Fiat l. a. Cataplaſma, quod loco contuſo applicetur.

JUNIPERUS

370. DECOCTUM

Sudoriferum.

℞. *Ligni Iuniperi raſi* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ vaſis clauſis per horam: Colaturam libr. I. exhibe.

S. ut æger ad ſudorem compoſitus omni trihorio calide vaſculum ſumat.

371. MIX-

371. MIXTURA

Stimulans diuretica in Hydrope.

℞. *Baccar. junip. recent. contus.* unc. I.
Infunde in Aquæ ſtill. Iuniperi libr. I.
Digerantur vaſe clauſo in loco calido:
Colaturæ adde

Tartar. emet. gr. ſemis.
Nitri puri dr. I.
Roob Juniperi unc. I.

M. D. ut ſumat æger omni bihorio unciam I hujus.

372. BOLUS

Diureticus in nephritide pituitoſo-fabuloſa.

℞. *Pulv. ſem. Dauci* gr. XL.
Roob Juniperi dr. I.

M. F. Bolus et f. tales No. II.

D. ut alter mane, alter veſperi ſumatur cum infuſo baccarum Juniperi theiformi.

373. ELECTUARIUM

In eundem ſcopum.

℞. *Baccar. Junip. recent.* unc. III.
Roob Juniperi unc. II.

Contundantur invicem in mortario lapideo vel vitreo in pultem, quæ per ſetaceum trajecta detur uſui.

S. ut æger omni trihorio ſumat ad magnitudinem nucis moſchatæ ſuperbibendo infuſum theiforme tenue ex baccis juniperi.

374. MIX-

374. MIXTURA

Contracta ſtimulans in Hydrope.

℞. *Sacchar. albiſſ.* gr. XV.
Olei ſtillat. juniperi gutt. III.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Spiritus Junip. unc. II.
Liquor. terrae foliat. tart. unc. ſemis.
Roob Juniperi dr. II.

M. ſumantur ter de die guttulæ L. LX. et plures in vino.

LAVENDULA.

375. VINUM MEDICATUM

Excitans in languore ſenili, et hebetudine ſenſuum.

℞. *Fol. Lavendulae.*
— *Meliſſae* ana manip. ſemis.
Rad. Galang. minor. dr. II.

Infunde frigide in libr. II. *vini boni* per noctem.
Colatura detur uſui.
S. ut unciæ duæ ter de die ſumantur.

376. INFUSUM

In eodem caſu.

℞. *Folior. Lavendul.*
— *Dictam. cret.* ana manip. I.
Flor. Lavendulae.
— *Lilior. convall.* ana pug. III.
Sem. Cardamom. long. dr. II.

Conciſæ ſpecies dentur uſui.
S. ut pugilli tres infundantur inſtar Theæ, infuſum bibatur, idque ſaepius de die.

377. ALI-

377. ALIUD

Spirituoſum in balbutie, et artuum tremore.

℞. *Fol. Lavend.* manip. I.
Flor. Lavendul. pug. III.

Infunde in aquæ ſtillat. Lavendulæ libr. I. per 4 horas: Colat. detur uſui. S. ut omni trihorio uncia I bibatur.

378. MIXTURA

Stimulans in debilitate ſenili.

℞. *Olei ſtill. cinnamom.* gutt. II.
— — *Lavendul.* gutt. V.
Sacchari albiſſ. dr. I.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aquae ſtillat. Lavend. cum vino
— — *Cinnamom. cum vino* ana unc. II.
— — *Meliſſae ſimpl.* unc. VI.
Syrup. Cinnamom. unc. I.

M. Sumat æger omni bihorio cochlear.

379. BOLUS

In eodem caſu.

℞. *Conſerv. Lavendul.* dr. I.
Extract. Croci gr. IV.
Rad. Angelicae gr. X.

M. F. Bolus mane ſumendus ſuperbibendo aquæ ſtillat. Lavendulæ unc. II.

380. GUTTULAE

In eandem indicationem.

℞. *Sacchari albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtillat. Lavend. gutt. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aquae ſtill. Lavend. c. vino.
Spirit. Lavendul. ana unc. I.
Extract. Rad. Imperator. ſcrup. I.

M. ſumantur guttulæ XL. in vino ter de die.

LAU-

LAURUS.

381. PULVIS, BOLUS

Stimulans incidens emmenagogus.

℞. *Pulv. folior. Lauri*
— *Rad. dictam. alb.*
Boracis venet. ana ſcrup. ſemis.

M. F. pulvis, et fiant tales No. VI.

D. ſumantur bini de die ſuperbibendo infuſum ſequens.

Cum Conſerva fieri poteſt Bolus.

382. INFUSUM

Stimulans emmenagogum.

℞. *Folior. Lauri* manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ chalybeatæ fervid. per I horam, Colaturam libr. I. exhibe.

S. ut ægra ter de die vaſculum ſumat.

383. ELECTUARIUM

Stimulans, incidens in Leucophlegmatia vel Hydrope incipiente.

℞. *Conſerv. Abſinth.* unc. I.
Pulv. Baccar. Lauri unc. ſemis.
Extract. Rad. Imperator. dr. II.
Syrup. Cort. aurant. q. ſ.

ut F. Electuarium.

D. S. ut ter de die accipiatur ad nucis moſchatæ magnitudinem cum infuſo mox ſupra præſcripto.

384. VINUM MEDICATUM

In eodem caſu.

℞. *Baccar. Lauri cont.*
— *Iunip.* ana unc. I.
Ciner. clavellat. unc. ſemis.

Infunde in vini auſtriac. libr. III. per 6. horas, Colatura detur uſui.

S. ut æger omni trihorio unc. I. ſumat.

385. BOLUS

Incidens in Leucophlegmatia.

℞. *Theriac. diateſſeron.* dr. ſemis.
Conſerv. abſinth. dr. I.

M. F. Bolus, et tales No. II.
S. ut mane et veſperi unus ſumatur.

386. CLYSMA

Carminativum in colica flatulenta.

℞. *Fol. Lauri* manip. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadran. horæ: Colaturæ unc. VIII. adde
Electuar. de baccis Lauri unc. ſemis.
Injiciatur Clyſma.

387. EMPLASTRUM

Calefaciens roborans.

℞. *Emplaſtr de Baccis, Laur.* unc. I.

D. S. ut hujus q. ſ. ſuper aluta ſatis lata extenſum abdomini applicetur.

388. LINIMENTUM

In rigiditate articulorum.

℞. *Olei Laurini preſſ.*
Butyri recent. ana unc. I.
M. F. Linimentum.
D. S. ut ſæpius de die articulus inungatur, et pannis laneis calidis perfricetur.

MAJORANA.

389. ELECTUARIUM

Stimulans nervinum in hebetudine ſenſuum a cauſa frigida.

℞. *Conſerv. Majoran.*
— *Meliſſae* ana dr. II.
Rad. Calam. aromat. condit.
Flaved. cort aurant. condit. ana dr. III.
Extract. croci dr. ſemis.
Olei ſtill. Majoran. gutt. V.
Syrup. cinnamom. unc. I.
Miſce exactiſſime F. Electuarium.
S. D. quo ſumat æger omni bihorio, quantum parvo cochleari Coffeæ capere poteſt.

390. JULEPUS

Stimulans nervinus in eodem caſu.

℞. *Sacchari albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Majoran. gutt. IV.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtillat. Majoran.
— — *Meliſſae* ana unc. V.
Spiritus lavend. unc. ſemis.
Syrup. Caryophyllor. unc. I.
M. D. ſumat æger omni bihorio cochlearia duo.

391. SPECIES

Incidentes in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Herb. Majoran.*
— *Hyſſop.* ana manip. I.

Conciſas miſtas ſpecies exhibe.
S. ut pugilli duo infundantur in ſufficienti quantitate aquæ, et bibatur infuſum bis de die cum melle.

392. BOLUS

In eundem ſcopum.

℞. *Conſerv. Majoran.* dr. ſemis.
Pulver. Majoran. ſcrup. I.

M. F. Bolus.
S. ut mane ſumatur cum infuſo priori.

393. PULVIS

Errhinus ſternutatorius.

℞. *Pulv. tenuiſſ. Majoran.*
— — *Lavend.* ana dr. I.

M. F. pulvis ſternutatorius.
S. ut inſtar Nicotianæ ſæpius de die naribus attrahatur, donec ſatis moverit ſternutationem.

394. LINIMENTUM

Stimulans antiparalyticum.

℞. *Olei laurin. preſſ.* unc. II.
Balſam. Majoran. dr. II.

M. F. Linimentum.
S. ut eo membrum paralyticum ſæpius inungatur et pannis laneis calidis fricetur.

395. LAVAMENTUM, BALNEUM

Stimulans antiparalyticum.

℞. *Herb. Abrotan.*
— *Abſinth.* c. toto ana Faſc. II.
— *Lavendul.*
— *Majoran.*
Fol. Lauri ana manip. IV.

Mixtæ conciſæ ſpecies dentur uſui.

S. ut dimidium harum coquatur in vaſe capaciſſimo aquæ fontanæ pleno, dein liquido adhuc calenti æger brachium paralyticum imponat.

MARUM VERUM

396. CONSERVA

In Aſthmate ſpecifica.

℞. *Herb. recent. Mari* dr. ſemis.
Kermes mineral. gr. II.
Sacchari q. ſ.

ut F. l. a. Conſerva.

D. pro doſi, ſumat de die II.

Tinctura.
Rc Hb. Mari ver. ʒß,
minutim incis. infund. c
liquor. anod. m. H. ʒiij.
Diger. p. 6. dies leni calore.
Col. S. [illegible] Doſ. 20.
mit [illegible]

397. PULVIS

Errhinus ſternutatorius.

℞. *Pulv. tenuiſſ. Mari ſyriaci*
— — *Majoran.* ana dr. I.

M. F. pulvis, detur uſui.

S. ut inſtar Nicotianæ ſumatur.

398. CUCUPHA

Confortans cephalica in debilitate capitis, defluxionibus, hydrocephalo.

℞. *Herb. Majoran.*
— *Mari Syriaci*
— *Lavendulae* ana manip. I.
Flor. Lavendul.
— *Sambuci* ana pug. III.

Minutim conciſas ſpecies exhibe.

S. ut goſſypio exceptæ includantur carbaſo duplicatæ et punctim interſuantur. Cucupha mane et veſperi fumo fragranti imbuta caput obtegatur.

MASTICHINA.

399. SPECIES

Incidentes theiformes in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Herb. Maſtichinae*
— *Majoran*
— *Mari ſyriae.* ana manip. ſemis.
— *Hyſſop.* manip. I.

Miſtas conciſas ſpecies exhibe.

S. ut pugilli III. infundantur in libr. I. aquæ fervidæ, infuſum cum melle bibatur inſtar potus Theæ.

MENTHA.

400. VINUM MEDICATUM

Analepticum in laxitate ventriculi, et anorexia.

℞. *Herb. Menthae* manip. II.
Summitat. Abſinth. manip. ſemis.
Cort. aurant. unc. I.
Vini generoſi libr. II.

Infunde, et colaturam exhibe.

S. ut æger omni bihorio unc. I. ſumat.

401. MIX-

401. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Sacchari albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtillat. Menth. gutt. III.
F. l. a. Elaeoſaccharum, cui adde
Aq. ſtillat. menthae unc. VIII.
Extract. imperator. dr. II.
Syrup. menth. unc. I.
M. ut æger omni hora cochlearia duo ſumat.

402. GUTTULAE

Confortantes in debilitate ventriculi a cauſa frigida cum conatu vomendi.

℞. *Spiritus Menth.* unc. ſemis.
Laud. liquid. gutt. XX.
Extract. Rad. Angelic. gr. XXV.
Syrup. menth. dr. I.
M. S. ut ſumantur guttulæ L. in vini generoſi hauſtu ter de die.

403. PULVIS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. fol. Menth.* dr. II.
— *Sem. Cardam. long.* dr. I.
M. F. pulvis dividendus in doſes VI.
D. ut æger binos pulveres de die ſumat.

404. BOLUS

In eundem ſcopum.

℞. *Conſerv. Menthae* dr. I.
Pulv. folior. menth. ſcrup. I.
M. F. Bolus.
Sumatur matutino tempore.

405. CONDITUM

Majorum virium.

℞. *Conſerv. Menthae*
Pulv. fol. menth. ana unc. I.
Flaved. cort. aurant. condit. unc. ſemis.
Syrup. menthae q. ſ.

Ut F. Conditum.

D. S. ut æger ter de die ſumat ad nucis moſchatae magnitudinem.

406. TROCHISCI

Roborantes anodyni in vomitu et ſingultu a cauſa frigida.

℞. *Olei ſtill. menth.* gutt. VI.
— — *Cinnamom.* gutt. II.
Pulv. tenuiſſ. folior. menth. dr. II.
— *Sem. Cardamom. long.* dr. I.
Laudan. puri Aq. ſtill. menth. ſolut. gr. IV.
Sacchari albiſſ. unc. I.
Mucilag. Sem. Cydonior. aq. ſtill. Menth. extr. q. ſ.

Ut F. l. a. Trochiſci ſinguli gran. X.

D. S. ut omni dimidia hora æger unum horum ſumat, diu ſemper in ore volvendo et ſalivam lentiſſime deglutiendo, donec ſingultus et niſus vomendi ceſſet.

407. CATAPLASMA

Antiſepticum.

℞. *Herb. recent. Menth.*
— *Abrotani* ana manip. II.

Contuſis adde
Spirit. Menth.
Aceti Sambuc. ana dr. I ſemis.

F. Cataplaſma crudum, quod applicetur parti gangrænoſæ.

408. FOMENTUM
Antiſepticum.

℞. *Herb. Menth.*
— *Abſinth.*
— *Calaminth.*
Fol. Dictam. cret. ana manip. I.

Miſtas conciſas ſpecies exhibe.

S. ut manipuli II. coquantur in *vini rubri, & aceti generoſ.* ana libra ſemis, addito ſale communi, lintea colaturæ immerſa, expreſſa calida applicentur.

NUX MOSCHATA

409. TRAGEA
Stomachica carminativa.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Nucis myriſt. gutt. III.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Pulv. ſem. anis. ſcrup. II.
Nucis moſchat. raſ. gr. X.
M. D. Tragea diviſa in doſes II.
S. ut mane & veſperi doſis una ſumatur.

410. ELECTUARIUM
In eundem uſum.

℞. *Conſerv. Meliſſae*
— *Menth.* ana dr. II.
Theriac. diateſſaron. dr. I ſemis.
Nucis moſchat. raſ. dr. I.
Syrup. Menthae q. ſ.
Ut F. Electuarium.
S. ut omni trihorio dr. ſemis ſumatur.

411. LINIMENTUM

Roborans in relaxatis articulis.

℞. *Olei Laurini*
— *Macis recent. preſſ.* ana unc. ſemis.
Spiritus ſalis ammoniac. dr. III.

M. F. Linimentum, quo parum calefacto inungatur articulus, & pannis laneis calidis perfricetur.

412. BOLUS

Purgans, ſimulque roborans.

℞. *Pulv. Rhei* gr. XXV.
Olei Macis expreſſ. gutt. III.
Conſerv. Roſar. rubr. dr. I.

M. F. Bolus mane jejuno ventriculo ſumendus.

PIMPINELLA ALBA.

413. PULVIS

Incidens ſtimulans in morbis pituitoſis pectoris et primarum viarum.

℞. *Pulv. Rad. Pimpinell. alb.* gr. X. XV.
Olei ſtill. Lign. rhod. gutt. I.

M. F. Pulvis, & dentur tales No. IV.

S. ſumat æger mane & veſperi unum in liquido conveniente.

414. ALIUS

In febribus intermittentibus a ſaburra pituitoſa ortis.

℞. *Pulv. Rad. Pimpinell. alb.* gr. VIII.
Florum ſalis ammon. gr. X.

M. F. pulvis, detur in quadruplo.

S. ut tempore apyrexiæ bini de die pulveres ſumantur.

415. MA-

415. MASTICATORIUM

Sialagogum in colluvie ſeroſa vel paralyſi linguæ.

℞. *Rad. Pimpinell. alb.* dr. II.

Diſſectam in tenues lamellas exhibe.

S. ut æger continuo in ore maſticet et volvat, ſi poſſit, ſalivam exſpuat.

416. GUTTULAE

Ad Mercurium ex corpore abigendum.

℞. *Eſſent. Pimpinell. alb.* dr. II.

D. S. ſumat æger bis de die gutt. XXX. in cyatho boni vini.

P U L E G I U M.

417. SPECIES

Incidentes in morbis pectoris a collectione pituitæ oriundis.

℞. *Fol. Hyſſopi*
— *Pulegii* ana manip. I.
Sem. anis. contus. dr. II.

Conciſas mixtas ſpecies exhibe.

S. ut Infuſum calidum ex pugillis III. ſpecierum factum bibantur inſtar potus Theæ cum melle.

418. INFUSUM

In Aſthmate pituitoſo, vel catarrho ſenili.

℞. *Herb. Puleg.* manip. ſemis.

Infunde in *a.q ſtill. Puleg.* libr. I. per horam, Colaturæ adde
Salis polychreſt. dr. I.
Syrup. de Hyſſopo unc. I ſemis.

M.D. ut æger omni bihorio cochlearia tria ſumat.

419. MIXTURA

Stimulans incidens in ſimili caſu.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtillat. Puleg. gutt. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtillat. puleg. unc. VIII.
Extract. abſinth. dr. II.
Syrup. de Hyſſop. unc. I.

M. ſumat æger omni hora cochlearia II.

RUTA

420. INFUSUM

Acidum diaphoreticum antiloimicum.

℞. *Herb. Rutae* manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. *Aceti vini generoſi* tempore conven. Colat. unc. VIII. adde

Roob Junip. unc. I.

D. S. ut mane & interdum in die ſumatur uncia una hujus aceti.

421. MIXTURA

In eodem caſu prophylactica.

℞. *Aceti Rutacei* unc. V.
Eſſent. Rutae unc. II.
Roob Juniperi unc. I.

M. D. ut poſt aſſumptam mane conſervam Rutæ ſumantur omni bihorio diei cochlearia III.

422. ALIA

Contracta antihyſterica anodyna.

℞. *Sacchari albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Rutae gutt. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Extract. Rutae dr. I.
Aq. ſtill. Rutae
Eſſent. Rutae ana unc. I.
Laud. liquid. Sydenh. dr. ſemis.

M. ſumat ægra in paroxiſmo gutt. LX. dein omni quadrihorio in prophylaxim gutt. XXX. in ſaccharo, vel vehiculo convenienti.

423. ALIA

Antihyſterica analeptica.

℞. *Aq. ſtillat. Rutae* unc. VI.
— — *Menth.* unc. III.
Eſſent. Rutae unc. ſemis.
Syrup. de Cinnamom. unc. I.

M. ſumat ægra in ipſo paroxiſmo unc. I. dein omni hora cochlearia duo.

424. BOLUS

Antihyſtericus.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. ſemis.
Olei ſtillat. Rutae gutt. III.
— — *Aniſi* gut. I.
Conſervae Rutae dr. I.

M. F. Bolus.

D. ut mane ſumatur in prophylaxim.

425. HAUSTUS
Antihyſtericus.

℞. *Sacchar. alb.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Rutae gutt. IV.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Aq. ſtill. Rutae unc. III.
— *Cinnam. Bugloſſ.* unc. I.
M. D. ut matutino tempore hauriatur.

426. ELECTUARIUM
In eodem caſu.

℞. *Conſerv. Rutae* unc. I.
Extract. Rutae dr. II.
Laud. liquid. dr. ſemis.
Syrup. de Cinnamom. unc. ſemis.
M. F. Electuarium.
D. ut æger ante paroxiſmum ingruentem ſumat drach. I, dein omni trihorio diei drachmam ſemis.

427. CATAPLASMA
Antiſepticum.

℞. *Herb. Rutae recent.* manip. II.
Salis communis ſcrup. I.
Aceti rutacei q. ſ.
Ut contundendo fiat l. a. cataplaſma crudum, quod illico parti gangrænoſæ applicetur.

428. PHAENIGMUS CATAPLASMODES.

℞. *Ferment. panis* unc. III.
Herb. Rutae recentis concis. unc. II.
Salis commun. ſcrup. I. II. III.
Miſce & redige in formam cataplaſmatis, quod applicetur utrinque plantis pedum, vel cruribus vel hypochondriis, prout res exigit.

SABI-

SABINA

429. MIXTURA

Stimulans in Paralyſi, menſibus ſuppreſſis.

℞. *Sacchar. alb.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Sabin. gutt. VI.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtill. Sabinae unc. VIII.
— — *Cinnam. lact.* unc. I.
Extract. Sabinae dr. I.

M. D. ut omni bihorio ſumantur cochlearia duo, mulieribus cochlear unum ſufficit in vehiculo appropriato.

430. LINIMENTUM

Stimulans antiparalyticum.

℞. *Olei ſtill. Sabin.* unc. I.
Balſam. Rutae
— *Majoran.* ana dr. I.

M. F. Linimentum.

D. S. ut eo membrum paralyticum inungatur, & pannis laneis calidis ſæpius perfricetur.

431. VINUM MEDICATUM

Stimulans in languore virium, & morbis uteri pituitoſis.

℞. *Herb. Sabin.* manip. ſemis.

Infunde in *vini albi generoſi* libr. I. Cochleatim colatura ſumatur.

SAL-

SALVIA.

432. TINCTURA

Specifica in ſudoribus nocturnis a laxitate ſolidorum oriundis.

℞. *Fol. recent. ſalviae* unc. I.
Spirit. vini libr. I.

Infunde, & prægreſſa digeſtione diei I. Colatura detur uſui.

S. ut æger cubitum iturus noctu ſumat ante ſomnum cochlearia duo.

433. VINUM MEDICATUM

In eundem ſcopum.

℞. *Fol. recent. ſalviae* unc. I ſemis.
Vini rubri unc. XIV.

Stent in calida infuſione vaſe clauſo & ultimo ebulliant.

Colatura detur uſui.

S. ut æger cubitu iturus hujus vini unciam I ſumat.

434. INFUSUM

Spirituoſum in eundem uſum.

℞. *Fol. ſalviae recent.* manip. I.
Aq. ſtill. ſalviae.
Vini rubri ana unc. VII.

Stent infuſa vaſe clauſo per diem.

Colatura detur uſui.

S. ut ante ſomnum noctu ſumantur cochlearia III.

435. FO-

435. FOMENTUM

Diſcutiens, roborans, antiſepticum.

℞. *Fol. Salviae* unc. I.
Baccar. Lauri.
— *Junip.* ána unc. ſemis.

Decoque in ſ. q. *vini rubri* vaſis clauſis. Colatura libr. I. detur uſui.

S. ut calefacto liquido immergantur lintea & calida applicentur parti affectæ; idque repetatur quoties refriguerint.

436. MIXTURA

Stimulans in languore ſenili.

℞. *Aq. ſtill. Salviae* unc. VIII.
Spiritus Salv. unc. I.
Extract. Sabinae dr. II.
Syrup. Rubi idaei unc. I.

M. ſumatur omni media hora cochlear I.

424. ALIA

Contracta in eundem ſcopum.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. ſemis, I.
Olei ſtillat. Salviae gutt. IV.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Spiritus ſalv. unc. I.
Extract. Croci ſcrup. II.
— *Rad. Angelic.* dr. ſemis.

F. Mixtura contracta.

S. ut ſumantur ter de die guttulæ XL. in vino.

438. BOLUS

In eandem indicationem.

℞. *Conſerv. Salviæ*
— *Lavendul.* ana dr. ſemis.
Pulv. folior. Menth. ſcrup. II.

M. F. Bolus.

S. ut ſumatur matutino tempore ſuperbibendo infuſi appropriati unc. I.

SERPYLLUM.

439. MIXTURA

Stimulans in paralyſi linguæ.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. ſemis.
Olei ſtill. Caryophyllor. gutt. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtill. Lavendul. c. vino unc. IV.
Spiritus ſerpylli unc. I.

M. detur uſui.

S. ut æger, quantum cochleari capere poteſt, accipiat, & ſuper lingua retineat, ubi vappidum fuerit, exſpuat, idque per intervalla repetat.

440. VEL COMMODIORI VIA.

℞. *Spirit. Serpilli*
— *Junip.* ana unc. ſemis.

M. detur uſui.

S. ut guttulæ aliquot fruſtillo Sacchari inſtillentur, quod æger accipiat & ſuper lingua retineat, donec evanuerit, ubi idem de novo repetatur.

441. MIX-

441. MIXTURA

Antiparalytica interne ſumenda.

℞. *Aq. ſtill. Lavendul.*
— — *Rutae*
— — *Sabin.* ana unc. III.
Spiritus Serpylli unc. I.
Extract. Sabinæ dr. II.
Syrup. Caryophyllor. unc. I.

M. ſumat æger omni bihorio cochlearia III.

THYMUS.

442. DECOCTUM

Stimulans, incidens, roborans in defluxionibus, catarrhis ſeroſis.

℞. *Fol. Salviae* manip. ſemis.
— *Thymi* pug. II.
Coque in ſ. q. aquæ vaſis clauſis:
Colat. libr. I. adde
Salis prunellae dr. I.
Syrup. Myrtillor. unc. I.

S. ut æger omni trihorio vaſculum calide ſumat.

443. SPECIES

Stimulantes, incidentes in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Herb. Thymi* manip. ſemis.
— *Puleg.* manip. I.

Conciſas exhibe ſpecies.

S. ut pugilli tres infundantur in libr. I. *aquae fervidae*, & infuſum bibatur calidum inſtár Theæ cum melle.

444. ROTULAE

Stimulantes in paralyſi linguæ.

℞. *Olei ſtillat. Thymi* gutt. XII.
Extract. Sabinae dr. II.
Sacchar. albiſſ ſubtiliſſ. pulveriſat. unc. I.

Miſceantur invicem exactiſſime, & cum ſ. q. *mucilaginis ſeminum Cydoniorum aq. ſtill. ſabinae extract.* Fiant l. a. Rotulæ No. XXIV.

S. ut omni hora rotula una accipiatur, & ſuper lingua retineatur, donec deliqueſcat, id vero, quod deliqueſcit exſpuatur.

ZINGIBER

445. PULVIS

Stimulans, incidens emmenagogus in defectu menſtruorum ex Leucophlegmatia.

℞. *Herb. Sabinae pulv.*
Pulv. Rad. Zingiber. ana gr. X.
Borac. venet. gr. XV.

M. F. pulvis, detur in ſextuplo.

S. ut ſumat ægra de die binos pulveres in vino, vel cum melle.

446. VINUM MEDICATUM

Stimulans in Hydrope incipiente ex febribus intermittentibus.

℞. *Rad. Zingiber*
— *Angelic.*
— *Calami aromat.* ana dr. III.
Cort. peruv. unc. I.
Flaved. Cort. aurant. unc. ſemis.

Infunde *in vini albi generoſi* libr. III. temp. debito.

De Colatura ſumat æger uncias duas, quater de die.

447. CONDITUM

In eodem caſu.

℞. *Rad. Zingiber. condit.*
 — *Calam. aromat. condit.* ana dr. III.
 Extract. Angelicae
 — *Sabinae*
 Theriac. diateſſar. ana dr. I.
 Syrup. cort. aurant. q. ſ.

M. F. Conditum.

Sumat æger quater de die drachmā ſemis cum vino præſcripto.

448. MASTICATORIUM

Stimulans, irritans in paralyſi linguæ.

℞. *Pulv. Rad. Zingiber.*
 — — *Imperator.* ana dr. ſemis.
 Maſtichis q. ſ.

Ut F. paſtilli ſinguli pondere ſcrupuli unius.

D. S. ut æger continuo ore teneat ejusmodi paſtillum, & maſticatum linguæ applicet, ut hæc irritetur in motum.

STIMULANTIA GUMMI-RESINAE.

AMMONIACUM GUMMI

449. MIXTURA

Anti-aſthmatica.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. I.
Olei ſtill. Aniſi gutt. V.

Fl. l. a. Elæoſaccharum cui adde

Aq. ſtillat. Puleg.
— — *Hyſſop.* ana unc. V.
Gummi Ammoniac. aceto ſquillit. ſolut. dr. II.
Syrup. de Hyſſopo unc. III.

M. F. Mixtura.

S. ut æger omni media hora cochlearia duo ſumat.

450. ELECTUARIUM

Expectorans.

℞. *Gummi Ammoniac.* dr. II.
Mellis puriſſ q. ſ.

Exacte invicem ſubactis adde

Pulv. ſem. Aniſi
Conſerv. Hyſſopi ana unc. ſemis.
Syrup. de Hyſſop. unc. II.

M. F. Electuarium.

S. ut æger omni trihorio ſumat ad magnitudinem nucis moſchatæ.

451. EMUL-

451. EMULSIO I

Incidens, expectorans in aſthmate pituitoſo & morbis pectoris ſimilibus.

℞. *Gummi Ammon. non depurat.* dr. I ſemis.
— *Arabici* dr. I.
Syrup. de Hyſſop. unc. III.
Tinctur. Antimon. aniſat. dr. I.
Miſtis & inter ſe ſubactis affunde
Aq. ſtill. Hyſſop. libr. I.
Ut F. l. a. Emulſio, quæ percolando depurata detur uſui.
S. ut ſumat æger omni hora unc. I. tepide in paroxiſmo, extra hunc omni trihorio.

452. EMULSIO II

In iisdem caſibus.

℞. *G. Ammoniac.* dr. I.
Sapon. venet.
Oxymellis ſquillitic. ana dr. ſemis.
Syrup. de Hyſſop. unc. II.
Bene tritis ſubactis adde emulgendo
Aq. ſtill. Hyſſopi libr. I.
D. ſumat ut priorem.

453. EMULSIO III

In iisdem caſibus.

℞. *Gummi Ammoniac.* dr. I ſemis.
Mannae elect.
Oxymellis ſquill. ana dr. ſemis.
Bene tritis ſubactis adde terendo
Tinct. antimon. tart. unc. ſemis.
emulgendo dein in
Aq. Hyſſopi. unc. VI.
D. ſumat cochleatim.

454. MIXTURA

Expectorans.

℞. *Lactis ammoniac* unc. V.
Oxymellis ſquillit.
Syrup. de Hyſſop. ana unc. ſemis.

M. ſumat quater de die cochlear I. etiam plus pro re-nata.

455. PILULAE

Deobſtruentes balſamicæ in morbis Hyſtericis, Hypochondriacis.

℞. *G. Ammoniac. non depurat.* dr. II.

F. inde pilulæ granor. III.
S. ut ſumantur omni trihorio pilulæ III.

456. EPITHEMA

Diſcutiens.

℞. *Gummi Ammon. non depurat.* unc. I,
Vitell. ovor. No. II.

Exacte invicem ſubacta exhibe.
S. ut ſuper aluta extenſum induratæ parti applicetur.

457. ALIUD

Maturans.

℞. *G. Ammoniac. non depurat.*
Mellis commun. ana unc. II.

Exacte mixta & ſubacta exhibe.
S. ut aluta exceptum parti applicetur.

ASA-

ASA FOETIDA.

458. PULVIS, BOLUS Anthelminticus.

℞. *Aſae foetidae*
Pulv. rad. dictam. albi ana gr. III.
M. F. pulvis.
S. ut mane jejuno ventriculo ſumatur; poteſt dari, ut Bolus, in pulte, melle, conſerva, etiam forma pilulari.

459. PILULAE Antihyſtericae.

℞. *Gummi Ammoniac.* dr. I.
Aſae foetidae dr. ſemis.
M. F. pilulæ granor. II.
S. ut ægra omni quadrihorio pilulas III. ſumat.

460. ALIAE Stimulantes in paralyſi.

℞. *Aſae foetidae* dr. II.
Pulv. rad. Zingiber. dr. I.
Extract. Sabinae dr. ſemis.
M. F. pilulæ granor. III.
D. S. ut æger ſumat omni trihorio pilulas IV. ſuperbibendo vinum medicatum ſtimulans.

461. LAC ASAE FOETIDAE In paſſione hyſterica et vermibus.

℞. *Aſae foetidae* dr. I.
Sacchari oleos. clarif. unc. ſemis.
Bene in mortario ſubactis adde emulgendo
Aq. ſtillat. Rutae unc. VI.
Sumatur cochleatim.

BDELIUM

Ut Gummi Ammoniacum præſcribitur.

GALBANUM

462. PILULAE
Anti-hyſtericæ ſimplices.

℞. *Galban. non depurat.* dr. I.
F. Pilulæ gr. II.
D. ſumantur omni trihorio No. III.

463. ALIAE
In eundem ſcopum compoſitæ.

℞. *Gum. Ammon. non depurat.* dr. I.
— *Galbani non depurat.* dr. II.
Extract Croci dr. ſemis.
Exactiſſime miſcendo fiant pilulæ gran. II.
D. uſus priorum.

464. EMPLASTRUM
Anti-hyſtericum.

℞. *Galbani puri* dr. III.
Aſae foetidae.
Camphorae ana dr. I.
Olei infus. Caſtorei q. ſ.
Ut malaxando invicem F. l. a. Emplaſtrum.
S. ut ſuper aluta orbiculata q. ſ. æqualiter extenſum applicetur umbilico.

GUMMI LACCA.

465. EPITHEMA
Roborans, adſtringens, detergens in ulceribus ſcorbuticis oris et gingivarum.

℞. *Tincturae Gummi Laccae alum.* unc. ſemis.
Mellis Roſar. unc. I.
M. D. ut ope penicilli hoc liquore illineantur ulcera oris dentibus intactis.

466. TINCTURA SPIRITUOSA

In Leucophlegmatia, Scorbuto, Fluore albo.

℞. *Tinct. Laccae Spirit.* dr. II.

D. S. ut ſumantur ter de die in ſyrup. Cort. aurant. unc. I. vel in vini generoſi Cyatho guttæ XL.

467. TINCTURA eadem

Magiſtraliter praeſcripta.

℞. *Gumm. Laccae ſubtil. pulveriſat.* unc. VIII.
Olei Tart. per deliq. q. ſ.

Ut bene miſcendo fiat mollior pulticula. Haec leni calore exſiccetur, iterum aeri pro deliquio exponatur, idemque toties repetatur, donec Lacca colore purpureo elegantiſſimo deliqueſcat, tum exſiccatae affunde
Alcohol. ſinc. q. ſ.

Ut mediante leni ebullitione in phiala F. l. a. Tinctura. Frigidus liquor per inclinationem vaſis ſeparetur, et ſervetur uſui officinali.

MYRRHA

468. PULVIS

Analepticus in proſtrat. appetitu a cauſa frigida.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. aniſi gut. II.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Pulv. Myrrhae gr. XX.
— *Rad. Zingib.* gr. X.

M. F. pulvis, et tales No. VI.
S. ut mane et veſperi unus ſumatur.

469. PI-

469. PILULAE

Stimulantes emmenagogæ.

℞. *Myrrhae* dr. I ſemis.
Galbani.
Pulv. rad. dictam. albi ana dr. I.
Eſſent. Myrrhae q. ſ.

Ut F. pilulæ granor. III.

S. ſumat ægra omni trihorio pilulas tres ſuperbibendo infuſum Meliſſæ &c.

470. ALIAE

Balſamicæ detergentes in ulcere pulmonum.

℞. *Pulv. Myrrhae* dr. II.
Mellis puriſſ. q. ſ.

Ut F. pilulæ granor. II

D. S. ut ſumat æger omni bihorio pilulas N. II. cum cyatho decocti vulnerarii.

471. ALIAE

Reſolventes, incidentes, detergentes.

℞. *Maſſae Pil. Ruffi* dr. I.
Borac. venet. dr. ſemis.
Pulv. Rad. Zingiber. ſcrup. II.
Elixir. propriet. dulc. q. ſ.

Ut F. pilulæ granor. III.

D. ſ. Sumantur omni trihorio pilulæ No. III. Superbibendo infuſum Rad. Calam. aromat.

472. EX-

472. EXTRACTUM MYRRHAE AQUOSUM

In ulceribus internis, et phthiſi.

℞. *Extract. Myrrh. aquoſ.* dr. I.
Sacchari cand. unc. I.

Invicem ſubacta exhibe.

S. ut æger ſumat omni trihorio drachmas III. vel, ſi moles diſpliceat, omni hora drach. I. cum infuſo vel decocto abſtergente vulnerario.

473. PULVIS

Ad cariem oſſium præcavendam.

℞. *Myrrhae tenuiſſime pulveriſat.* dr. III.

D. S. ut ſufficiens quantitas parti oſſis denudatæ inſpergatur, et repetatur inſperſio, dum opus.

474. INJECTIO

Antiſeptica, ſuppurationem movens, detergens in ulcere putrido.

℞. *Eſſent. Myrrhae* unc. I ſemis.
Mellis Roſar. rubr. unc. III.
Aceti Rutae
Aq. ſtill. Rutae ana unc. II.
M.

D. S. Ut hoc liquore ter de die injiciatur ulcus ope Siphunculi, poſt ſingulam injectionem materia re, linquatur intra ulcus, et coerceatur dimidio horæ clauſis omnibus aperturis, tumque externe prematur leniter ulcus, ut liquor ejectus per omnes ſinus et meatus propellatur.

475. GUT-

475. GUTTULAE.

Stomachicæ.

℞. *Elixir. propriet. dulc.* dr. III.
Eſſent. Myrrhae dr. I.

M. Sumantur bis de die guttulæ L. in vino bono.

476. ALIAE

Carminativæ.

℞. *Sacchar. albiſſ.* ſcrup. ſemis.
Olei ſtill. Aniſi gutt. V.

Fiat l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Elixir propriet. cum acido dr. II.
Spirit. Nitri dulc. dr. I.

M. D. ut flatibus infeſtantibus ſumantur guttulæ XXX ad XL. in vino bono.

OPOPANAX.

477. PILULAE

Anti-hyſtericæ in ataxia Spirituum et imbecillitate nervorum.

℞. *Opopanac. non depurat.* dr. I.
Galbani
Gummi Ammoniac. non depurat. ana dr. ſemis.

F. cum ſ. q. *Eſſentiæ croci* pilulæ gran. III.

D. ſumantur omni bihorio pilulæ duæ.

478. GUTTULAE

Antihyſtericæ.

℞. *Aq. ſtillat. Rutae* unc. II.
Spirit. Salis ammoniac. dr. II.
Gummi Opopanac. ſcrup. IV.
Syrup. diacod. unc. ſemis.

M. D. Sumantur omni trihorio guttulæ LX.

479. EMULSIO

Reſolvens, antihyſterica.

℞. *Gummi Opopanacis* dr. I.
Sapon. philoſoph. ſcrup. I.
Syrup. Rutae unc. I.

In mortario bene ſubactis adde
Aquar. ſelteranor. libr. I.

Motum inſtituendo bibat aliquantulum tepide.

480. EMPLASTRUM

Diſcutiens in tumore frigido.

℞. *Gummi Ammoniac.*
— *Bdelii*
— *Elemi*
— *Opopanacis* ana dr. II.
Spir. Vini camphorat. q. ſ.

Ut invicem malaxando leni calore fiat maſſa ductilis emplaſtica.

D. ut ſufficiens quantitas ſuper aluta extenſum applicetur tumori.

SAGA-

SAGAPENUM.

481. PILULAE

Emmenagogæ antacidæ reſolventes in chronicis viſcerum obſtructionibus.

℞. *Gummi ſagapen.* dr. II.
— *Ammoniac. non depurat.* dr. I.
Liquor. terrae foliat. tart. q. ſ.
ut fiant pilulæ granor. III.
D. ſ. ut omni trihorio pilulæ tres ſumantur.

482. VEL

℞. *Gummi Ammon. non depurat.*
— *Sagapeni* ana dr. I.
Aſae foetidae ſcrup. II.
Olei tart. per deliq. q. ſ.
Ut fiant pilulæ granor. III.
D. S. ut omni quadrihorio pilulæ IV.
Sumantur ſuperbibendo decoctum ſolvens.

THUS ſive OLIBANUM.

483. PULVIS

Pectoralis incidens, attenuans anodynus.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. Hyſſop. gutt. II.
F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde
Olibani
Myrrhae ana gr. XII.
Laud. opiat. gr. ſemis.
M. fiat pulvis, detur in quadruplo.
S. ut bis de die pulvis unus ſumatur, ſuperbibendo infuſum ex Hyſſopo, et flor. pap. Rhœados.

484. PILULAE

In eundem uſum.

℞. *Myrrhae*
Olibani
Opopanacis ana dr. I.
Laud. liquid. q. ſ.
Ut F. pilulæ granor. II.
D. S. ut omni bihorio pilulæ N. II. cum infuſo pectorali ſumantur.

RESINAE.

BENZOINUM.

485. GUTTULAE

Balſamicæ reſolventes, incidentes in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Tinctur. Benzoini* unc. ſemis.
Olei ſtill. Aniſi gutt. IV.
Syrup. de Hyſſop. unc. I.
M. D. ut ſumantur bis de die guttulæ LX.

486. ESSENTIA BENZOINI AQUOSA

In morbis pectoris pituitoſis, aſthmate &c.

℞. *Benzoin amygdal.* dr. III.
Sacchar. oleoſ. clarificat. unc. ſemis.
Diligenter ſubactis adde
Liquoris de tribus unc. II.
Digerantur in balneo mariæ per duas horas:
Colatura detur uſui.
Doſis guttæ L. C. in ſyrupo de Hyſſopo.

487. LAC BENZOINI

In eodem caſu.

℞. *Flor. Benzoes* ſcrup. I.
Eſſent. benzoes unc. ſemis.
Syrup. de Hyſſopo unc. I.
Bene ſubactis emulge in
Aq. Hyſſopi unc. X.
Detur cochleatim.

488. BOLUS

In eandem indicationem.

℞. *Conſerv. Lavendulae* dr. ſemis.
Flor. benzoes gr. VI. X.
Extract. Abſinth. ſcrup. ſemis.
M. F. Bolus mane ſumendus cum infuſo Hyſſopi.

489. TINCTURA

Pectoralis incidens.

℞. *Spirit. Aniſi* unc. I.
Flor. Benzoes dr. ſemis.
M. Fiat l. a. Tinctura.
D. S. Sumat æger ter de die guttas XL. in cochleari mellis puriſſimi.

490. PILULAE

Pectorales incidentes anodynæ in tuſſi pituitoſa ſpaſmodica.

℞. *Gummi Ammoniac. non depurat.* dr. I.
Benzoini
Myrrhae pulv. ana ſcrup. II.
Flor. Benzoes dr. ſemis.
Laud. liquid. gutt. XV.
Ut exacte miſcendo fiant pilulæ granor. III.
D. Sumat æger omni trihorio pilulas tres.

491. SYRUPUS BENZOINUS.

In Aſthmate, morbis pituitoſis pulmonum.

℞. *Flor. Benzoes* unc. ſemis.

Sacchar. oleos. clarific. unc. I.

Exacte admiſcendo

Tincturae Benzoini dr. I.

Subige, dein infunde in

Decocti fervent. ſummitat. Hyſſopi libr. I.

Adde

Sacchar. oleoſi clarific. q. ſ.

Ut leni igne in conſiſtentiam Syrupi coqui poſſint. Doſis cochlear I. omni hora, bihorio.

Poteſt etiam alio modo fieri ad inſtar Eſſentiæ Benzoini aquoſæ.

492. SUFFITUS.

Aromaticus diſcutiens tumores, lupias.

℞. *Benzoini* dr. III.

Salis ammoniac. dr. II.

Baccar. Juniper. unc. I ſemis.

M. Fiat pulvis groſſus pro ſuffimigio.

D. ut ſucceſſive portio aliqua vivis carbonibus inſpergatur, fumus panno excipiatur et pars perfricetur.

493. ALIUS

Tuſſim excitans ad provocationem puris in vomica pulmonis.

℞. *Flor. Benzoini* dr. I ſemis.
Salis ammoniac.
— *Nitri* ana dr. ſemis.
Pulv. Herb. Majoran.
— — *Mari ſyriac.*
— — *Maſtichinae* ana dr. II.

M. F. pulvis groſſus pro ſuffimigio.

D. S. ut portio aliqua vivis carbonibus ſucceſſive inſpergatur, et fiat fumus in cubiculo, præcipue circa lectum ægri, ut conſtanter tuſſire cogatur.

494. EPITHEMA

Diſcutiens in tumore laxo.

℞. *Herb. Menth. criſp.*
— *Majoran.*
— *Lavendul.*
Summitat. Abſinth.
— *Anethi* ana dr. II.
Sem. Cardamom. min. contus.
Caryophyllor. ana ſcrup. II.
Benzoini
Camphorae ana dr. I ſemis.

M. F. pulvis groſſus, qui momento *Tincturae Benzoini* irrigatus includatur ſacculo parti laxæ tumidæ applicando.

ELEMI GUMMI.

495. EMPLASTRUM

Ad ulcera putrida.

℞. *Gummi Elemi*
Terebinthin. ana unc. ſemis.
Cerae citrinae unc. I.

Mixta fluant ſimul ſuper igne leni, F. l. a. Emplaſtrum.

S. ut quantitas ſufficiens ſuper tela æqualiter ſpathula calida extendatur, et ulceri applicetur, repetatur, ſi opus ſit.

LADANUM.

496. TINCTURA

Balſamica, roborans nervina in gravibus, et contumacibus cephalalgiis.

℞. *Ladani optimi* dr. II.
Spirit. vini rectific. q. ſ.

Ut accedente leni digeſtione in phiala alta F. l. a. Tinctura ſaturata, quæ filtro depurata detur uſui.

S. ut ter de die ſumantur guttæ XL. in cochleari ſyrupi Menthæ.

497. SUFFITUS

Roborans, diſcutiens.

℞. *Ladani* unc. I.
Benzoini dr. II.
Salis ammoniac. dr. I.

M. F. pulvis groſſus pro ſuffitu.

D. S. ut aliqua portio vivis carbonibus inſpergatur, fumus linteo excipiatur, et pars debilitata ſæpius perfricetur.

498. EMPLASTRUM

Stimulans, humores extrorſum evocans in morbis pectoris.

℞. *Emplaſtri de Ladano* unc. II.

D. S. ut quantitas ſufficiens ſuper tela ampliore ſpathula calida extenſum late pectori applicetur.

MASTIX.

499. SUFFITUS

Aromaticus aërem pravum corrigens.

℞. *Maſtiches*
Olibani
Ladani ana dr. III.
Benzoini dr. I.
Vitriol. commun. dr. I ſemis.

M. Fiat pulvis groſſus pro ſuffimigio.

D. ut portione modica carbonibus vivis inſperſa excitetur fumus, quo aër pravus ſæpius in die corrigatur.

500. PILULAE

Incidentes, expectorantes in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Maſtiches elect.*
Benzoini ana dr. I.
Oximellis ſcillit. q. ſ.

Ut F. pilulæ granor. II.

D. Sumantur omni trihorio pilulæ III.

501. MASTICATORIUM

Sialagogum.

℞. *Pulv. Rad. Zingib.* dr. ſemis.
Maſtiches elect. dr. I.

Fiant inde l. a. Paſtilli maſticatorii VI.

D. ut continuo unus ore volvatur & maſticetur, ſaliva poſtea exſpuatur.

502. PULVIS

Ad oſſium cariem præcavendam.

℞. *Pulv. tenuiſſ. Myrrhae.*
— *Maſtiches* ana dr. I.

M. D. ut quantitas debita denudatæ oſſis parti toties, quoties opus, inſpergatur.

503. ALIUS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. Maſtiches*
— *Myrrhae*
— *Rad. ariſtoloch. rotund.* ana dr. I.

M. D. Uſus prioris.

504. ALIUS

Balſamicus roborans in laxitate nimia primarum viarum, & diarrhœa.

℞. *Maſtiches elect.*
Boli armenae ana gr. XV.

M. F. pulvis & fiant tales No. VI.

D. Sumantur omni die tres.

505. DECOCTUM
Balſamicum in eodem caſu.

℞. *Maſtiches elect.* unc. I.
Myrrhae dr. II.
Salis tartari dr. I.

Decoque in ſ. q. aquæ vaſis clauſis per quadrantem horæ: Colaturam libr. II. exhibe.

Detur pro potu ordinario.

506. SPIRITUS MASTIGHINUS
Virtute diuretica, & nervina dives.

℞. *Maſtiches elect.* unc. VI.
Salis tartari unc. III.

Exquiſite miſtis & inter ſe tritis affunde *Spirit. vini rectific.* libr. II.

Fiat l. a. ex alembico vitreo deſtillatio.

Spiritus deſtillatus vaſe exactiſſime clauſo ſervetur inter Medicamenta officinalia.

SANDARACHA.

507. SUFFITUS
Roborans in catarrho.

℞. *Sandarach.* unc. ſemis.
Maſtiches
Ladani ana dr. I.

M. fiat pulvis groſſus pro Suffitu.

508. EMPLASTRUM
Vulnerarium.

℞. *Sandarachae.*
Gummi Elemi ana dr. II.
Cerae citrinae unc. ſemis.

Mixta ſimul fluant calore leni.

F. l. a. Emplaſtrum.

Detur uſui præſcripto.

STYRAX SOLIDA.

509. PULVIS

Attenuans incidens in morbis pituitoſis.

℞. *Styracis ſolidae*
Benzoini ana dr. I.
Boracis venet. ſcrup. II.

M. F. pulvis dividendus in doſes IV.

D. S. ut omni die duo pulveres ſumantur.

510. PILULAE

Balſamicæ abſtergentes in ſuppuratione interna.

℞. *Styracis calamit.* dr. I.
Myrrhae dr. ſemis.
Melis puriſſ. q. ſ.

Ut F. pilulæ gran. II.

D. ut omni trihorio ſumantur pilulæ No. III. cum infuſo Hyſſopi.

511. ALIAE

Incidentes anodynæ in tuſſi pituitoſa ſpasmodica proficuæ

℞. *Maſſ. Pilular. de Styrac.* gr. XV.
Styracis calamit. dr. ſemis.
Balſam. peruv. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gran. II.

D. S. ut ſumantur omni bihorio No. II.

512. SUFFITUS

Aromaticus gratus ad aerem pravum corrigendum.

℞. *Styracis Calamit.* unc. ſemis.
Pulv. Ligni rhod.
— — *Agallochi* ana dr. II.
Roob Juniperi q. ſ.
M. fiant pilulæ gran. X. pro ſuffitu.
D. S. ut pilula una alterave carbonibus vivis imponatur, & aer fumo luſtretur.

513. EPITHEMA

Cardiacum.

℞. *Fl. Menthae criſp.*
— *Baſilici*
— *Lavendulae* ana dr. III.
Sem. contuſ. cardamom. long. dr. I.
Camphorae dr. ſemis.
Styracis calamit. dr. IV.
Miſta & groſſo modo pulveriſata includantur ſacculo, qui fumo antea præſcripto imbutus applicetur ſcrobiculo cordis.

514. TINCTURA

Pectoralis anodyna.

℞. *Maſſ. pilul. de Styrac.* gr. XIV.
Tinct. Benzoini
Spirit. Aniſi ana dr. II.
M. Fiat l. a. Tinctura.
D. S. ut ſumantur bis de die guttulæ XXX. XL. in cochleari mellis puriſſimi.

TACAMAHACA

In ſuffimigiis & emplaſtris ut præcedentia præſcribitur.

BITU-

BITUMINA.

PETROLEUM.

515. GUTTULAE

In Colica pictonum ſpecificæ, & ad Tæniam, & vermes alios præmiſſis præmittendis.

℞. *Petrolei* dr. II. III.

D. S. Sumantur gutt. XX. XXX. in uncia I. Syrupi Pap. rhœados bis, ter de die.

516. PILULAE

In eandem indicationem.

℞. *Petrolei veri* dr. I.
Caſtorei q. ſ.

Ut F. pilulæ gran. III.

Dentur omni trihorio pilulæ tres.

517. LINIMENTUM

Stimulans in paralyſi, rheumatiſmo.

℞. *Petrolei* unc. II. V.

D. S. ut eo ſæpius membrum affectum inungatur & pannis laneis calidis perfricetur.

SUCCINUM.

518 PULVIS

Roborans nervinus.

℞. *Sacchari alb.* ſcrup. I.
Olei ſtillat. Succin. gutt. II.

M. F. l. a. Elæoſaccharum, adde
Pulv. tenuiſſ. ſuccin. flav. dr. ſemis.

M. fiant tales pulveres No. IV.

Sumantur bini de die pulveres.

519. PILULAE
Nervinæ antihyſtericæ.

℞. *Succini flavi pulveriſat.* dr. II.
Olei ſtillat. Succin. gutt. VIII.
Tinct. Succin. q. ſ.
Ut fiant pilulæ gr. II.
D. S. ut omni bihorio pilulæ tres ſumantur.

520. GUTTULAE
In eandem indicationem.

℞. *Tincturae Succin.* unc. ſemis.
Laudan. liquid. dr. ſemis.
Liquor. Corn. Cerv. Succinat. dr. I.
M. fiat mixtura contracta.
D. ut ter de die guttulæ No. XXX. ſumantur in cochleari Syrupi menthæ.

521. MIXTURA
Earundem virium.

℞. *Aq. ſtillat. Pap. rhoead.* unc. V.
Syrup. diacod. unc. I.
Tinctur. Succini dr. VI.
M. ſumat ægra omni trihorio cochlear.

522. ALIA
In Rheumatiſmis collum occupantibus &c. diaphoretica, antiſpasmodica.

℞. *Liq. Corn. Cerv. Succinat.* dr. II.
Aceti deſtillat. unc. ſemis.
Syrup. Card. Benedict. unc. I.
Aq. ſtillat. Sambuc. unc. X.
M. D. ut æger omni hora cochlearia duo ſumat ſuperbibendo infuſum ſambuci vel in infuſo.

523. GUTTULAE

Incidentes nervinæ.

℞. *Salis Succin.* dr. I.
Spirit. Corn. Cerv. q. ſ.

Ut fiat perfecta utriusque ſaturatio. Qua peracta adde
Elixir. propriet. dulc.
Tinct. Succini ana dr. I.
Extract. Croci ſcrup. I.

M. F. Mixtura contracta.

S. ut ter de die ſumantur guttulæ XL. in cochleari Oximellis ſquillitici.

524. ESSENTIA

Antihyſterica antiſpasmodica.

℞. *Aſae foetidae* dr. I.
Eſſent. Caſtor.
Liq. Corn. Cerv. Succinat. ana unc. ſemis.

Digerantur in balneo mariæ per duas horas, refrigerata cola & exhibe.

Dentur guttulæ XX. XXX. in vehiculo convenienti.

525. TINCTURA

In paralyſi poſt apoplexiam, morbis ſoporoſis præmiſſis præmittendis, etiam in convulſionibus artuum ſingularibus &c.

℞. *Olei Succin. rectif.* dr. ſemis.
Tinctur. Antimon. tartariſat. dr. II.

Concutiendo conjungantur.

Dofis guttulæ X. XX. ex infuſo ſalviæ, Vino, Coffée &c.

526. VEL

526. VEL

℞. *Olei Succin. rectif.* gutt. XX.
Liquor. anod. miner. H. dr. I.
M. Uſus prioris.

527. SUFFITUS

Antihyſtericus.

℞. *Succin. flav. pulveriſat.*
Raſur. Corn. Cervi ana unc. ſemis.
Gum. Ammoniac. non depurat.
— *Galbani* ana dr. II.
Aſae foetidae dr. I.
Tinctur. Succini q. ſ.
M. F. pilulæ, ſingula ſcrup. I.
D. S. ſingulis mane & veſperi pilula una alterave ſuper carbones projecta cubile perfumetur.

STIMULANT. SINGULARIS ODORIS.

AMBRA GRYSEA.

328. PULVIS

Excitans in languore ſenſuum.

℞. *Ambrae gryſ.* gr. X. XV.
Camphorae gr. II.
M. F. pulvis, & fiant tales No. IV.
Sumantur bini pulveres de die.

529. IDEM

529. IDEM

In paralyſi.

℞. *Ambrae gryſ.* dr. ſemis.
Moſchi optim.
Camphor. ana gr. II.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI.

D. S. ut æger omni trihorio pulverem unum ſumat.

530. PILULAE

Excitantes ſtimulantes.

℞. *Ambrae gryſ. pulveriſat.* dr. I.
Moſchi optimi gr. X.
Croci auſtriaci ſcrup. I.

Exacte miſtis adde

Extract. Angelic. dr. ſemis.

Fiant pilulæ gran. II.

D. Sumat æger omni bihorio pilulas duas.

531. ESSENTIA AMBRAE GRYSEAE LIQUIDA PERFECTA.

℞. *Ambrae gryſ. pulveriſat.* ſcrup. IV.
Spirit. Vini rectific. unc. II.

Infunde in phiala parva vitrea, & ſuper igne calefiat Spiritus ita, ut ſit ebullitioni proximus, & ambra ſolvatur.

Eſſentiam ſic paratam exhibe.

S. ut inde bis de die ſumantur guttulæ XX. XXX. in cyatho vini generoſi.

532. ESSENTIA AMBRÆ GRYSEÆ VERA

Fragrantiſſima, maxime analeptica, anodyna, ſomnum inducens.

℞. *Ambrae gryſ. purificat.*
Salis alcal. acerrimi ana ſcrup. II.
Exacte ſubactis adde
Spiritus Roſar. fortiſſ. cum alcali rectificat. q. ſ.
Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ, refrigeratis adde
Olei ſtillat. Cinnamom.
— — *Macis* ana gutt. II.
M. F. l. a. Eſſentia.
D. S. ut bis vel ter de die ſumantur gutt. X. XX. in cyatho vini generoſi.

CAMPHORA.

533. PULVIS

Diaphoreticus ſtimulans in ſuſcepto myaſmate expellendo.

℞. *Pulv. Lap. cancror. citrat.* dr. ſemis.
Camphorae gr. III. IV.
M. F. pulvis & fiant tales No. II.
D. S. ut mane et veſperi ſumatur doſis I. ſuperbibendo lene infuſum flor. ſambuci.

534. ALIUS

Antiſpasmodicus.

℞. *Pulv. antiſpaſmod.* ſcrup. II.
Camphorae gr. IV.
Laudan. opiat. gr. ſemis.
M. F. pulvis pro doſi. Detur uſui.

535. BO-

535. BOLUS

Diaphoreticus in ſcabie retropulſa.

℞. *Theriac. diateſſaron.* dr. ſemis.
Camphor.
Extract. Croci ana gr. IV.

M. F. Bolus, & tales fiant No. II.

D. ſumat æger mane & veſperi bolum unum cum potu theiformi ex Aniſo ſtellato.

536. ALIUS

In Mania.

℞. *Conſerv. Ruthae* dr. I.
Camphorae dr. ſemis.

M. F. Bolus, & fiant tales No. II.

D. S. ut alter mane, veſperi alter ſumatur.

537. ALIUS

In Hydrophobia cum motibus epilepticis.

℞. *Aſae foetidae* gr. XII.
Camphor. gr. X.
Moſchi gr. VI.

M. F. Bolus pro doſi, detur uſui.

538. IDEM

In Epilepſia ex terrore.

℞. *Camphorae* gr. V.
Moſchi gr. IV.
Aſae foetidae gr. III.
Conſervae Rutae dr. I.

M. F. Bolus pro doſi.
Uſus prioris.

539. ACETUM

In peſte.

℞. *Camphorae* dr. ſemis I.

Conteratur cum momento *Spirit. vini vinoſi*, inter terendum adde

Sacchari puriſſ. dr. III.

Exactiſſime inter ſe ſubactis affunde

Aceti ſambucini unc. VI.

Detur cochleatim ſumendum.

Addi etiam aqua poteſt & ſic dari julapium vaſculatim ſumendum in morbis acutis, putridis, malignis, petechialibus.

540. JULAPIUM

In eodem caſu.

℞. *Camphorae* dr. I.

Spirit. vini rectif. gutt. aliquot

Subactis intertere

Sacchari albi dr. IV.

Ultimo emulgendo adde

Aq. ebullientis libr. I.

D. uſui. Sumat vaſculatim.

541. HAUSTUS

In eodem caſu.

℞. *Camphorae* gr. X.

Moſchi gr. VI.

Aq. theriacalis dr. I.

Syrup. Cinnamom. dr. II.

Mucilag. G. Arabic. dr. I ſemis.

Exacte in mortario mixtis, contritis adde emulgendo

Aq. ſambuci unc. III.

M. F. Hauſtus.

VEL

VEL

542. MIXTURA

In eandem indicationem.

℞. *Camphorae* gr. XV.
Moſchi ſcrup. I.
Aceti theriacalis dr. I.
Syrup. Cinnamom. unc. ſemis.
Mucilag. G. Arabic. Aq. Roſar. extract. dr. III.

Exacte in mortario tritis ſubactis adde emulgendo

Aq. ſtill. ſambuc. unc. VI.

Detur cochleatim.

543. ALIA

Antiſeptica in gangræna partium internarum.

℞. *Aq. ſtillat. Menthae*
— — *Meliſſae*
— — *Rutae* ana unc. II.
Camphor. vitell. ov. ſolut. dr. I.
Roob Juniperi unc. I.

M. ſumat æger omni hora cochlear.

544. GUTTULAE

Antiſpasmodicæ.

℞. *Liquor. anod. mineral.* dr. III.
Laud. liquid. gutt. XX.
Camphorae dr. ſemis.

M. Sumantur guttulæ XX. mane & veſperi in vino.

545. ALIAE

In malis a Mercurio inductis.

℞. *Olei ſtill. Menthae* gutt. IV.
Sacchari albiſſ. q. ſ.

Ut f. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Camphorae gr. X.
Elixir. propriet. dulc. unc. ſemis.

M. Sumat æger urgente malo gutt. XXX. in vehiculo vinoſo.

546. PULVIS

Antiſepticus in gangræna partium internarum.

℞. *Pulv. cort. peruvian.* dr. ſemis.
Camphorae gr. III.

M. Fiat pulvis, & fiant tales No. IV.
D. S. ut ſumatur omni quadrihorio doſis I.

547. ALIUS

Antivenereus, ſalivationem non movens, nec ſuffocationem admittens.

℞. *Mercurii dulc.* gr. VI.
Camphor. gr. I. II.

M. F. pulvis, detur in quadruplo.
D. S. ut æger mane doſim I ſumat.

548. EPITHEMA

Liquidum ſpirituoſum antiſepticum.

℞. *Eſſent. Rutae*
— *Abſinth.* ana dr. III.
Camphorae dr. I.

M. D. S. ut plumaceolis exceptus liquor applicetur continuo parti gangrænoſæ.

549. GAR-

549. GARGARISMA.

Antiſepticum in angina gangrænoſa, vel gangræna oris.

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Rutae* ana manip. I.

Coque in ſ. q. aquæ vaſe clauſo: Colat. libr. I ſemis adde
Aceti rutacei unc. II.
Camphor. vitell. ov. ſolut. dr. III.

Detur pro gargariſmate.

S. ut omni dimidia hora æger portionem ore accipiat, leniter gargariſet, exſpuat.

550. PILULAE

Antihyſtericæ.

℞. *Camphorae* dr. I.
Gumm. Ammoniac dr. II.
Aſae foetid. dr. ſemis.
Spirit. vini camphorar. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. III.

Dentur omni trihorio pilulæ No. III.

551. LINIMENTUM

Diſcutiens ſtimulans.

℞. *Olei amygdal. d. r. p.* unc. I.
Camphorae dr. I. II.

Ut fiat Linimentum, quo pars frigida tumens ſæpius inungatur.

552. SCUTUM STOMACHICUM

In vomitu aut imbecillitate ventriculi a cauſa frigida.

℞. *Gumm. Ammoniac.*
— *Bdelli* ana dr. II.
Camphorae dr. I.
Spirit. Vini camphorat. q. ſ.

Ut F. maſſa ductilis emplaſtica.

D. S. ut ſuper aluta ſcutiformi q. ſ. extenſum applicetur ſcrobiculo cordis.

Nota, quæ de largiori Camphoræ uſu in morbis acutis malignis exanthematicis nova in Noſocomio Pazmariano inſtituuntur experimenta, proxime in lucem edet *Cl.* Henr. COLLIN.

CASTOREUM.

553. PILULAE

Antihyſtericæ in ataxia ſpirituum.

℞. *Caſtorei*
Galbani non depurat. ana dr. ſemis.
Aſae foetid. ſcrup. I.
Tinctur. Caſtorei q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. II.

D. S. ut omni trihorio ſumantur pilulæ No. III.

554. VEL

℞. *Extract. Caſtorei* dr. I.
Myrrhae pulveriſat. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. II. Uſus priorum.

555. PUL-

555. PULVIS

Antihyſtericus viroſus.

℞. *Pulv. Myrrhae* dr. ſemis.
Caſtorei gr. VII.

M. F. pulvis, & fiant tales No. III.
Detur pulvis I. omni die mane.

556. BOLUS

In eundem ſcopum.

℞. *Extract. cort. peruv.* ſcrup. I.
Caſtorei gr. VII.

M. F. Bolus pro doſi ſumendus.

557. INFUSUM

In eandem indicationem.

℞. *Pulv. Caſtor.* unc. ſemis.
Aq. Rutae libr. I.

Digerantur in loco calido per duas horas, liquidum per decantationem effuſum tepidum ſumatur vaſculatim.

558. JUSCULUM

Antihyſtericum.

℞. *Pulv. Caſtor.* gr. XV.
Juris carnium q. ſ.

Detur calide pro doſi.

559. ESSENTIA I

Antihyſterica.

℞. *Eſſent. Caſtor.*
— *Rutae* ana dr. ſemis.
Extract. Caſtor. ſcrup. ſemis.

Digerantur vitro exactiſſime clauſo in balneo mariæ per horam, exhibe.
Sumantur ingruente paroxiſmo guttulæ XX. in cochleari ſyrupi Papav. rhœados.

560. ESSENTIA II
Alcalina in cauſis pituitoſo acidis.

℞. *Extract. Caſtor.* dr. ſemis.
— *Rutae* ſcrup. I.
Aſae foetidae gr. XV.
Spirit. Corn. Cerv. unc. I.

Digerantur vaſe clauſo in balneo mariæ per duas horas, refrigerata cola. Doſis gutt. X. XX. in aqua caſtorei.

561. ESSENTIA III
Antihyſterica.

℞. *Caſtorei* dr. ſemis.
Aſae foetidae gr. XX.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XV.
Liq. Corn. Cerv. ſuccinat. dr. VI.

Digerantur in balneo vaporis per tres horas. Dentur guttulæ XXX. XL. bis, ter de die in infuſo caſtorei.

562. ODORAMENTUM
Antihyſtericum.

℞. *Eſſent. Caſtorei*
Spirit. ſalis ammon. ana dr. I.

Includatur in vas exactiſſime claudendum.

S. ut vas apertum naribus hyſtericæ admoveatur, & odor exhalans ab illa attrahatur.

563. MIXTURA
Antihyſterica.

℞. *Aq. ſtillat. Rutae* unc. VI.
Eſſent. Caſtor. dr. III.
Syrup. diacod. unc. I.

M. D. vaſe exacte clauſo.

S. ſumantur tempore paroxiſmi duo cochlearia omni media hora, dein hoc remittente cochlear unum omni hora.

564. LI-

564. LINIMENTUM

Pro membris paralyticis.

℞. *Olei ſtillat. Sabin.* dr. II.
Camphorae unc. ſemis.
Olei infus. Caſtor. unc. II.

M. F. Linimentum, quo membrum paralyticum ſæpius calide ungatur cum frictione.

MOSCHUS

565. PULVIS

In Mania.

℞. *Moſchi* gr. X.
Ambrae gryſeae gr. XX.

Miſce pro doſi, & fiant tales No. IV.
Abſumendi intra 24 horas.

566. BOLUS

In eodem caſu.

℞. *Moſchi optimi*
Camphorae ana gr. X.
Conſervae Salviae dr. I.

M. F. Bolus, & fiant tales No. II.
Detur unus mane, alter veſperi.

567. ALIUS

In Hydrophobia.

℞. *Moſchi optimi* gr. XV.
Cinnab. nativ.
— *factit.* ana gr. XXIV.

F. cum ſ. q. *mellis* vel *Syrup. de croco*, vel *Syrup. Capill. veneris* Bolus.
Exhibe pro doſi.

568. ALIUS

In Epilepſia.

℞. *Moſchi optimi* gr. VIII. X. XII.
Conſerv. Rutae dr. I.
M. F. Bolus.
Detur pro doſi.

ZIBETHUM

569. PULVIS

Odorus cardiacus excitans.

℞. *Zibethi Saccharo Subact.* gr. I.
Moſchi optim. gr. II.
Ambrae grys. gr. XV.
M. fiat pulvis.
Detur pro doſi.

570. BALSAMUM

Fragrans cardiacum.

℞. *Corp. pro Balſam.* dr. II.
Olei ſtill. Lig. rhodii guttas XV.
Moſchi
Zibethi ana gr. V.
Ambrae gryſeae gr. XV.
F. l. a. Balſamum, naribus, temporibus, carpis infricandum.

STIMULANT. BALSAMA.

AMBARUM LIQUIDUM

571. ESSENTIA

Nervina excitans.

℞. *Ambar. liquid.* dr. II.
Tinctur. ſalis tart. unc. I.

M. F. l. a. per digeſtionem Tinctura ſaturatiſſima, filtratus liquor detur uſui.

S. ut ter de die guttulæ XX. in vino bono ſumantur.

572. INJECTIO

In fiſtulas balſamica, mundans, detergens.

℞. *Ambar. liquid.* dr. II.
Mellis Roſar. rubr. unc. ſemis.
Sapon. venet. dr. I.

Bene tritis ſubactis adde emulgendo
Decoct. Virg. aureae libr. I. ſemis.

Digerantur adhuc ad cineres calidos per horam. Colatura injiciatur per vices.

BALSAMUS DE COPAIVA

573. EMULSIO

In Gonorrhœa ſine balſamica.

℞. *Balſam. de Copaiva* dr. I.
Mucilag. G. arabic. dr. II.

Diligenter ſubactis adde
Lactis amygdal. libr. I. ſemis.

D. Bibat pro lubitu.

574. ES-

574. ESSENTIA I

In frigidis nervor. affectibus, fluore albo &c.

℞. *Balſam. de Copaiva* dr. ſemis.
Tinct. Salis tartar. unc. ſemis.

M. F. l. a. Eſſentia.

Doſis in fluore albo & muçoſis Leucophlegmaticis morbis gutt. XXX. ter de die in vino, in gonorrhœa vero & ſimilibus malis ter de die gutt. XII. in cochleari mellis puriſſimi, infuſum tenue diureticum ex Dauco ſuperpotandum.

575. ESSENTIA II.

In iisdem caſibus.

℞. *Balſam. de Capaiva* dr. I.
Tinct. Antimon. tartariſat. dr. V.

M. & poſtea in balneo vaporis per horam digere.

Doſis guttæ XX ad XL. in vehiculo indicato.

576. ESSENTIA III

In eundem Scopum.

℞. *Balſam. de Copaiva* dr. II.
Liquor. de tribus unc. ſemis.

Emulgendo mixta digerantur in balneo vaporis per duas horas.

Sumat æger guttas L. C. in vehiculo convenienti.

577. ELECTUARIUM

Detergens balſamicum, expectorans in ſuppuratione pulmonis.

℞. *Balſam. de Copaiva* dr. I.
Mellis puriſſ. unc. II.

Exactiſſime invicem ſubactis adde
Pulv. hederae terreſtr. unc. ſemis.

F. Electuarium.

D. ut inde ſumat æger omni bihorio drach. ſemis. Superbibendo infuſum lene virgæ aureæ cum melle.

578. LINCTUS

Balſamicus expectorans in tuſſi pituitoſa & acri.

℞. *Balſam. de Copaiv.* dr. I.
Mellis puriſſim. unc. II.
Exacte invicem ſubactis adde
Olei amygd. dulc. recent. preſſ. unc. I.
M. iterumque ſubige, ut fiat Linctus.
D. ut æger urgente tuſſi ſæpius lingat.

579. PILULAE

Balſamicæ, detergentes, diureticæ.

℞. *Balſam. de Copaiv.* dr. ſemis.
Myrrhae pulveriſat. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. II.
D. Sumat æger omni trihorio pilulas duas cum infuſo Pulegii mellito.

580. PULVIS

Diureticus detergens in gonorrhœa.

℞. *Sacchar. albiſſ.* gr. XV.
Balſam. de Copaiv. gutt. III.
Exacte invicem Subactis adde
Pulv. Sem. dauci Scrup. I.
M. F. pulvis, & fiant tales No. IV.
Sumat æger ſingulo die mane pulverem I. cum infuſo copioſo mellito Rad. Dauci obambulando ſimul in ære frigidiuſculo.

581. LAC MEDICATUM

Balſamicum, detergens in ulceribus internis.

℞. *Balſam. de Copaiv. ſacch. ſubact.* Scrup. I.
adde emulgendo
Lactis optim. recent. libr. ſemis.
Aquar. ſelteran. libr. I.
Detur uſui.
S. ut æger bibat tepide omni hora unc. II.

BAL-

BALSAMUS PERUVIANUS

582. ESSENTIA BALSAMI PERUV. I. CASTOREATA

In Hyſterica paſſione.

℞. *Balſam. peruv.* dr. ſemis.
Eſſent. Caſtor. unc. ſemis.

Digerantur in balneo mariæ per horam.

Doſis guttæ XX. XXX. in vehiculo convenienti & Saccharo.

583. ESSENTIA BALS. PERUV. II

Nobiliſſimarum virium in debilitate, triſtitia, ſenſuum languore.

℞. *Balſam. peruv.* dr. I.
Spirit. Roſar. rectificatiſſ. q. ſ.

ut ſolvatur Balſamus & F. l. a. Eſſentia.

Sumantur inde guttulæ XX. bis de die in vino bono.

584. SPIRITUS BALS. PERUVIANI

Fragrantiſſimus, in imbecillitate nervorum remedium egregium.

℞. *Balſam. peruv.*
Salis tartar. ana partes æqual.

Exacte in mortario vitreo mixta, trituque ſubacta immitte cucurbitæ vitreæ, & affunde
Spirit. Roſar. rectificat. partes III.

F. l. a. in arena per alembicum deſtillatio.

Spiritus deſtillatus ſervetur in Officinis.

585. SYRU-

585. SYRUPUS

Cardiacus, nervinus fragrantiſſimus.

℞. *Syrup. de Cinnamom.* unc. II.
Spirit. Balſam. peruv. mox deſcript. dr. II.

M. D. Sumat æger omni media hora parvum cochlear.

586. VEL

℞. *Syrup. de Roſis ſiccis* unc. II.
Spiritus balſ. peruv. dr. II.

Miſceatur exacte, detur uſui.

Sumat æger omni hora vel etiam omni media hora parvum cochlear, prout fuerit indicatio.

587. ESSENTIA MOSCHI ET AMBRAE

Cum Spiritu Baſami peruviani vix non arcana HOFFM.

℞. *Ambrae gryſeae purificat.* dr. I.
Moſchi optimi gr. X.
Spirit. Balſ. peruv. praeſcript. q. ſ.

ut ambræ, & moſchi perfectá fiat ſolutio.

Eſſentiam ſic paratam exhibe.

Nota, Doſis hujus eſſentiæ, uti notum eſt, pro ratione morborum & ipſius ægri adeo variat, ut hic loci definiri non poſſit.

588. AQUA STILLATITIA

Diuretica, nervina in affectibus chronicis ex Scorbuto, & nervorum imbecillitate proficua, Officinis recipienda.

℞. *Balſ. peruv.* q. pl.
Aq. fontanae q. ſ.

F. l. a. e. veſica per alembicum deſtillatio.

Aqua deſtillata ſervetur in Officinis.

589. PI-

589. PILULAE

Balſamicæ, diureticæ in gonorrhœa utiles.

℞. *Balſam. peruv.* dr. I.
Pulv. rad. Bardan. q. ſ.
Ut F. pilulæ gr. II.
Sumat æger omni trihorio pilulas duas ſuperbibendo infuſum ejusdem plantæ mellitum.

590. ELECTUARIUM

Balſamicum, detergens in Suppuratione pulmonis.

℞. *Balſ. peruv.* dr. I.
Oximellis ſquillit. dr. III.
Exacte invicem ſubactis adde
Myrrhae ſubtiliſſ. pulv. dr. II.
Roob Sambuc. unc. II.
M. F. Electuarium.
Sumat æger omni bihorio drachmam Semis, ſuperbibendo lene decoctum vulnerarium ex Plantagine cum melle.

591. MIXTURA

Balſamica in ulceribus internis.

℞. *Balſam. peruv.* dr. I.
Sacchari roſac. unc. ſemis.
Gummi arab. p. dr. I.
exacte invicem ſubactis adde
Syrup. veronic. unc. I.
Emulgendo adde
Aq. Still. Pap. rhoead. libr. I ſemis.
D. ut æger ſumat omni hora cochlearia duo.

592. GUT-

592. GUTTULAE

Antiſpasmodicæ in morbis convulſivis ſine febre.

℞. *Balſam. peruv.* dr. ſemis.
Camphor. gr. X.
Liquor anod. miner. unc. ſemis.

M. Sumat æger ter de die guttas XXX. in cyatho vini boni, in morbis vero pertinacibus etiam augenda doſis.

593. INIECTIO

Balſamica detergens, & ſuppurationem movens.

℞. *Balſam. peruv.* dr. II.
Mellis unc. I.
Exacte invicem ſubactis affunde
Lixivii ſaponis unc. VIII.

M. S. ut ter de die ulcus hoc liquore injiciatur, injecto liquore aliquantum foveatur, eoque emiſſo iterum ligatura tegatur. Loco lixivii etiam Decoctum Hordei ſumi poteſt.

594. LINIMENTUM

Balſamicum, diſcutiens, nervinum in tumore abdominis frigido.

℞. *Balſam. peruv.* dr. II.
Oxymell. ſquillit. unc. I.
Exacte ſubactis adde
Olei Camphorae unc. I.

M. F. Linimentum.

D. ut abdomen calefacto hoc linimento perungatur.

595. EPITHEMA

Balſamicum ad contuſa digerenda, dolores tendinum, nervorumque læſor. ſopiendos.

℞. *Balſam. peruv.* dr. I. vel q. ſ.

D. S. ut quantitas debita ſuper tela extenſa & calefacta applicetur parti quaſſæ.

BALSAMUS TOLUTANUS

596. ESSENTIA

Balſamica in morbis chronicis ab imbecillitate nervorum oriundis proficua.

℞. *Balſam. Tolutan.* dr. ſemis.
Spirit. Vini tartariſat. unc. I.

F. l. a. Eſſentia.

Sumantur omni die ter gutt. XX. in vini generoſi Cyatho. Cæterum ut Balſamus peruvianus præſcribitur.

OPOBALSAMUM.

597. ESSENTIA I

Frangrans nervina.

℞. *Balſam. de Mech.* ſcrup. I.
Spirit. Balſ. peruv. ſupra praeſcript. dr. IV.

F. l. a. Eſſentia.

Sumat æger ter de die gutt. XX. in vino bono.

598. ESSENTIA II. COMPOS.

Summum & præſentaneum inſtaurans in debilitate virium.

℞. *Balſam. de Mecha* dr. I.
Ambrae gryſ. purificat. dr. ſemis.
Moſchi optimi gr. X.
Zibethi ſacchar. ſubact. gr. III.
Olei ſtill. Cinnamom. ſacchar. ſubact. gutt. V.
Spirit. Balſam. peruv. q. ſ.

Ut ſolutis omnibus F. l. a. Eſſentia.

Sumantur pro refocillatione guttæ XV. ter de die in vino.

599. EMUL-

599. EMULSIO

Baſamica, diuretica, incidens in morbis viarum urinariarum mucoſis.

℞. *Balſam. de Mecha* dr. I.
Salis tartar. dr. ſemis.
Olei Amygdal. dulc. recent. preſſ. dr. I ſemis.
Diligenter in mortario ſubactis intertere
Syrup. de duabus radic. unc. I.
Emulgendo adde
Aq. ſtill. petroſel. unc. XII.
D. Sumat æger omni bihorio cochlearia duo.

600. ELECTUARIUM

Pectorale, detergens in morbis pectoris pituitoſis.

℞. *Balſam. de Mecha* dr. I.
Mellis puriſſ. unc. III.
Subige in Electuarium.
S. ut omni trihorio ſumat æger, quantum parvo cochleari Coffée capere poteſt.

601. PULVIS

Stomachicus in languore ventriculi a cauſa frigida.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. I.
Balſam. de Mecha gutt. IV.
M. et ſubige inſtar Elæoſacchari, dein adde
Pulv. rad. ari. gr. XV.
M. F. pulvis, & tales No. II.
S. ut ſingulo mane ſumatur pulvis.

602. LINIMENTUM

Balſamicum ad partes gelu exuſtas, & vitia cutanea.

℞. *Olei amygdal. non rancid.* dr. II.
Balſam. de Mecha dr. I.
M. & ſubige terendo, affundendo ſucceſſive
Aq. ſtill. Roſar. q. ſ.
Maſſa æquabiliter miſta albeſcens detur uſui, ut partes affectæ hoc illiniantur.

OLEUM PALMAE.

603. LINIMENTUM

Calefaciens, diſcutiens in Rachitide, Paralyſi, tumoribus frigidis.

℞. *Olei Palmae* unc. I.
Balſam de Copaiv. dr. I.
Olei preſſ. Baccar. Lauri unc. ſemis.
M. F. Linimentum.
S. ut eo calefacto ſpina dorſi, & membrum paralyticum, vel alia pars affecta inungatur.

STYRAX LIQUIDA.

604. PILULAE

Excitantes, ſtimulantes in languore ſenſuum.

℞. *Styrac. Calamit.* dr. I.
Extract. Croci ſcrup. I.
Styrac. Liquid. q. ſ.
Miſc. exactiſſime, ut F. pilulæ gr. II.
Sumantur omni trihorio pilulæ No. II.

605. ALIAE

605. ALIAE

Antiſepticæ in gangræna.

℞. *Pulv. Cort. peruv.* dr. II.
Camphor. ſcrup. I.
Exacte invicem miſtis adde
Styrac. liquid. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. III.
S. ut omni trihorio pilulæ tres ſumantur.

606. VEL

℞. *Styrac. liquid.* dr. I ſemis.
Pulv. Cort. peruv. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. III.
D. Sumantur pilulæ III. omni hora.

607. ALIAE

Pro ſuffitu.

℞. *Styrac. liquid.* unc. ſemis.
Pulv. Lign. Rhodii q. ſ.
ut F. pilulæ vel Trochisci ſcrup. I.
Dentur pro ſuffimigio.

TEREBINTHINA

608. PILULAE

Balſamicæ, vulnerariæ in ulceribus internis.

℞. *Terebinth. purae* dr. I.
Pulv. Glycirrh. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. II.
Sumantur omni quarta hora pilulæ No. II. cum infuſo Rad. Cichorei mellito.

609. ALIAE

Stimulantes, diureticæ in Hydrope incipiente.

℞. *Terebinth. purae* dr. I ſemis.
Pulv. rad. gentian. q. ſ.
F. pilulæ gr. II.
Sumantur omni trihorio pilulæ V.

610 PULVIS

Diureticus.

℞. *Sacchar. albiſſ.* gr. XV.
Olei ſtill. Terebinth gutt. II.
Nitri puri
Cremor tartar. ana ſcrup. I.

M. F. pulvis.

D.S. ut mane in vaſculo potus Theæ pro doſi ſumatur.

611. ELECTUARIUM

Balſamicum vulnerarium.

℞. *Terebinth. purae* dr. I ſemis.
Syrup. de Hyſſopo unc. II.

Exacte invicem ſubactis adde
Conſerv. Roſar. vitriolat. unc. ſemis.
Boli armen. laevigat. dr. II.

M. F. Electuarium.

De quo ſumatur omni hora quantum parvo cochleari Coffée capi poteſt.

612. EMULSIO

Balſamica ad ulcera interna detergenda.

℞. *Terebinth. venet.* dr. I.
Mucilag. G. Arabic. Aq. Pap. rhoeados extract. dr. III.
Mellis unc. I.

Diligenter in mortario tritis emulgendo
Infuſi virgæ aur. libr. I ſemis.

Detur vaſculatim.

613. ALIA

In iisdem caſibus.

℞. *Terebinth. venet.* dr. I.
Mellis roſac. unc. ſemis.
Sapon. venet. dr. ſemis.
Diligenter ſubacta emulge cum
Infus. Veron. Libr. I.
Detur vaſculatim.

614. ENEMA

Balſamicum, anodynum in diarrhœa ex Phthiſi conclamata.

℞. *Terebinth. vitell. ov. ſubact.* unc. I.
Laudan. opiat. gr. VIII.
Lact. vaccin. unc. XX.
M. Dividatur in partes quatuor.
S. Injiciatur clyſma unum calefactum, hoc reddito alterum, ſic tertium & quartum.

615. ALIUD

In iisdem valens ut præcedens caſibus.

℞. *Terebinth.* dr. II.
Vitell. ov. No. I.
Diu tritis & mixtis adde
Theriac. Andromach. unc. ſemis.
Lact. dulc. unc. VI.
Injiciatur calefactum.

616. UNGUENTUM

Antiſpasmodicum conſolidans in nervis & tendinibus læſis.

℞. *Olei ſtill. Terebinth.* ſcrup. I.
Balſam. peruv. dr. I.
Olei preſſ. macis dr. II.
M. F. Unguentum.
S. ut quantitas ſufficiens parumper calefacta parti nervoſæ læſæ inungatur.

617. EM-

617. EMPLASTRUM

Digeſtivum.

℞. *Terebinth. purae* unc. ſemis.
Pulv. ſubtiliſſ. Colophon. dr. II.

M. leni fluxu materiae ſuper igne.

F. l. a. Emplaſtrum. Detur uſui.

618. EMPLASTRUM

Mercuriale.

℞. *Mercur. vini* dr. II.
Terebinth. q. ſ.

Ut continuo tritu in mortario lapideo Mercurius extinguatur.

F. l. a. Emplaſtrum. Exhibeatur.

619. PULVIS

Ad cariem oſſium præcavendum.

℞. *Pulv. ſubtiliſſ. Colophon.* dr. III.

D. S. ut quantum ſatis parti oſſis denudatæ inſpergatur, toties, quoties opus, ut ab aëris contactu penitus defendatur os.

620. PILULAE

Balſamicæ ex Terebinthina ſola.

℞. *Terebinth. liquid.* dr. I.
— — *Coct.* q. ſ.

M. F. Pilulæ gr. II.

Exhibe.

RESINA

RESINA ABIETINA.

621. DECOCTUM

Balſamicum ſtimulans in ſcorbuto lento, arthritide &c.

℞. *Pulv. Reſin. abiet.* unc. ſemis.
Salis ammoniac. dr. I.
Aq. danubialis filtrat. q. ſ.

Coque per dimidiam horam: Colat. libr. I ſemis exhibe: vel adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. II.

Detur vaſculatim.

622. EMULSIO

Balſamica in tuſſi pertinaci pituitoſa ſiccans, etiam in phthiſica valens.

℞. *Pulv. Reſin. abiet.* unc. ſemis.
Aq. fluvial. filtrat. libr. I.

Transfuſione continua in duo vitra fiat emulſio, inſerviat uſui. Sumat æger omni quadrihorio vaſculum; vel adde
Syrup. Pap. alb. unc. I.

D.

623. ALITER

In eodem caſu.

℞. *Reſinae abiet.* unc. ſemis.
Gummi Arab. dr. II.

Terantur invicem in mortario, & ſenſim affundatur emulgendo
Aq. Hyſſop. libr. I.

Ut F. Emulſio, quæ exhibeatur, ut prior.

PIX LIQUIDA vel CEDRIA.

624. AQUA PICIS

Sanguinem purificans, perſpirationem augens in morbis cutaneis pertinacioribus, lepra, lue venerea &c. valens.

℞. *Picis liquid. Norveg.* libr. I.
Aquae purae libr. II.

In vaſe amplo cochleari ferreo, vel bâculo agitentur, commiſceantur, dein per ſubſidentiam depurentur duorum dierum Spatio. Ter colatus liquor detur uſui. Sumat æger omni bihorio unc. III.

Aſſuetus mane libr. ſemis I, & ultra ſumere poteſt.

CLASSIS QUARTA
EMOLLIENTIUM

ALTHAEA.

625. DECOCTUM

Emolliens relaxans in ardentium ſiccitate, & febrium inflammatoriarum tenſione.

℞. *Rad. althaeae* unc. I ſemis.

Coque in ſ. q. Aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde

Nitri puri dr. I.
Syrup. ribeſior. unc. II.

M. D. ſumat omni hora vaſculum.

626. ALIUD

In ſtranguria ab acri, dolore nephritico, a calculo magis laxans, lubricans.

℞. *Fol. Malvae* manip. ſemis.
Rad. althaeae unc. II.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, ab igne remotis adde

Flor. Papav. rhoeados manip. ſemis.

Stent adhuc in digeſtione per quadrantem horæ, Colat. libr. II. adde

Syrup. diacodii unc. II.

Exhibe omni hora vaſculum calide.

627. COL-

627. COLLYRIUM

In ophthalmia acri ſeroſa demulcens roborans.

℞. *Aquae decocti rad. althaeae* libr. ſemis.
Mucilaginis gummi arabici aq. papav. rhoead. extract. dr. II.
Tutiae praeparatae dr. I.

Calefacti liquoris aliquæ guttæ oculo inſtillentur, & lintea intincta oculo applicentur.

628. CLYSMA

In dyſenteria & inteſtinorum excoriatione ab abraſo muco obliniens, ſimul tonicum.

℞. *Rad. althaeae* unc. I.
Cort. peruvian. dr. III.

Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam, Colaturam libr. I. divide in duo clyſmata, quæ injiciantur.

629. CATAPLASMA

In Inflammatione ſuppuranda.

℞. *Fol. Malvae* M. I.
Rad. Althaeae unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ in conſiſtentiam cataplasmatis, per ſetaceum trajectis adde

Farinae ſemin. lini q. ſ.

Calide applicetur.

Alia vide in parte Chirurgica.

630. LINCTUS

In tuſſi acri ſicca involvens incraſſans.

℞. *Syrup. de althaea* unc. I.
Mucilaginis Gummi arabic. unc. ſemis.
Olei Amygdalor. dulc. unc. I ſemis.

M. & ex baxillo liquiritiæ uno extremo contuſo continuo lingat.

631. IDEM

magis anodynus.

℞. *Syrupi de Althaea*
— *Diacod. crocat.*
Olei Amygdal. recent. preſſ. ana unc. I.

M. uſus prioris.

632. UNGUENTUM

Emolliens ad articulorum rigiditatem.

℞. *Mucilaginis Althaeae* unc. I.
Unguenti althaeae unc. II.

M. Pars vapore aquæ emollita hoc frequenter inungatur.

633. PASTA ALTHAEAE

In Tuſſi acri.

℞. *F. Rad. althaeae* unc. IV.
Sacchari albi
Gummi arab. electt. ana libr. II.

F. lege artis coquendo, & addendo
Album. ovor. No IV.
Aq. flor. naphae unc. IV.

Paſta. De qua quantum lubet ore volvatur, & ſolutum deglutiatur.

CAN-

CANNABIS.

634. EMULSIO

In ſtranguria, gonorrhœa, tuſſi acri, demulcens, involvens, anodyna.

℞. *Semi Cannabis* dr. III.
— *Amygd.* dulc. dr. I.
Fiat l. a. Emulſio. Colat. libr. I. adde
Nitri puri dr. I.
Syrup. Papav. albi unc. I.
D. uſui. Sumat vaſculatim.

CERA

635. ELECTUARIUM

Emolliens, incraſſans, leniter balſamicum in inteſtinorum excoriatione ab acri, muco abraſo.

℞. *Cerae flavae* dr. I.
Pulv. Gummi arab. dr. II.
Miſce & affuſa pauca aqua ſubige & ultimo adde
Balſami peruviani gutt. XXV.
Sacchari albi pulv. dr. ſemis.
Syrup. de althaea unc. I.
Iterum miſce, ſubige. Sumat tribus vicibus.
Poteſt etiam pro re nata loco Syrupi in alium ſcopum roborantem addi mivæ cydonicorum unc. I.

636. PASTA DE CERA

Demulcens obliniens partes excoriatas.

℞. *Cerae citrinae* unc. I.
Solve in *ſpiritu vini* ad lenem ignem, dein ſpiritum vini filtra & abſtrahe præcedenti ceræ, quæ dicitur Butyrum ceræ Batæanum, adde
Pulv. gummi arab. unc. ſemis I.
Exacte in mortario tritam ſubactam paſtam exhibe.

637. VEL

In dyſenteria dolorifica ab abraſo muco.

℞. *Praecedentis paſtae*
Syrup. de roſis ſiccis ana unc. I.
Laud. liquid. Sydenh. gut. XXX.

Exacte in mortario ſubigantur ſenſim addendo

Decocti emollient. vel
— *Hordei* libr. I ſemis.

Sumat omni hora vaſculum. Repetatur.

638. LINIMENTUM INSTAR POMMADAE

Coſmeticum plicas faciei delens, etiam dolentibus excoriatisque partibus, & ad lavandas manus utile.

℞. *Cerae albiſſimae*
Sperm. ceti candid. ana dr. ſemis.
Olei amygdalini unc. I.
Balſam. de Mecha gutt. XV.

Funde in vaſe figulino, fuſam maſſam effunde in mortarium marmoreum, & ſpatula lignea agita tam diu, donec refriguerit, refrigeratis intertere ſenſim ſemper agitando

Aquae Naphae dr. VI.

Detur uſui.

Nota, ad alios morbos alia addi poſſunt, ſic ad exſiccandum ceruſſa, ad roborandum pollen maſtichis &c.

639. ALIUD

639. ALIUD

Ad hæmorrhoides dolentes, ad oris, papillæ mammarum, vulvæ fiſſuras, digitorum rhagades &c.

℞. *Cerae albae* dr. I ſemis.
Butyri Cerae dr. I.
Olei cerae rep. deſtill. limpid. dr. II. ſemis.
Aquae communis q. ſ.
Ut F. lege artis ceratum.

640. ALIUD

Ad conſervandam manuum pulchritudinem.

℞. *Cerae albiſſ.* unc. I ſemis.
Olei amygd. dulc. unc. IV. ſemis.
Olei tartari per deliq. gutt. X.
Liquatis fuſis intertere ſub finem
Olei Camphorae dr. II.
Eſſent. ambr. ſolid. dr. ſemis.
Refrigeratis immiſce
Aquae odoriferae unc. IV.
M. & exhibe.

Nota, Eſſentia ambræ omitti etiam poteſt.

FOENU GRAECUM.

641. CLYSMA

In Teneſmo.

℞. *Sem. foenu graeci* unc. I.
Capit. papav. No. II.
Coque in ſ. q. lactis per quadrantem horæ, ab igne remotis adde
Flor. Chamomillae
— *papav. rhoeados* ana M. ſemis.
Stent adhuc parum in digeſtione: Colat. libr. I. divide in duo Clyſmata.

642. CATAPLASMA

Emolliens, anodynum ad partes inflammatas, hæmorrhoides inflammatas.

℞. *Reſiduum praecedentis per ſetaceum trajectum,* adde
Farin. ſem. lini q. ſ.
Ut F. Cataplaſma.

643. VEL

℞. *Farin. foenu graeci*
— *S. Lini* ana unc. I.
Flor. Pap. rhoeados
— *Chamonillae* ana M. I.
Coque cum ſ. q. *lactis* in cataplaſma, cui adde
Croci dr. ſemis.
M. & applica.

LINUM.

644. LINIMENTUM

Locis excoriatis inflammatis utile, inviſcans, exſiccans.

℞. *Sem. Lini* unc. I.
extrahatur cum *aqua papav. rhoeados* mucilago, cui adde
Pulv. gummi arab. dr. I.
Unguent. de tutia unc. ſemis.
M. & exhibe.

645. ALIUD

Emolliens, relaxans, in rigitate articulorum.

℞. *Olei lini recentis* unc. I.
Unguent. popul. unc. I ſemis.
M. & exhibe.

646. CLYSMA

In Teneſmo, & abraſum mucum reſtituens.

℞. *Semin. lini* dr. II.
Capit. Papav. No. I.

Coque per quadrantem horæ in ſ. q. aquæ: Colat. libr. ſemis adde
Vitelli ovor. No. dimidium.

Injice.

647. ALIUD

In doloribus colicis, nephriticis.

℞. *Herb. Malvae* M. ſemis.
Flor. Papav. rhoeados pug. III.
Sem. lini dr. II.

Coque in ſ. q. *lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Olei lini unc. I.

Divide in Clysmata duo, quæ eadem die injiciantur.

648. CATAPLASMA

Emolliens, anodynum in nephritide.

℞. *Farin. ſem. lini* libr. I.

Coque in ſ. q. *lactis*, & redige cum *pulvere ſolior. cannabis* in Cataplasma.

Ut calide lumbis applicetur.

649. ALIUD

Domeſticum emolliens relaxans ad herniam incarceratam.

℞. *Florum lini* q. ſ.

Contuſa coque in ſ. q. *lactis*, redige in Cataplasma cui adde
Far. ſem. lin. unc. I.

Adplicetur calide. Repetatur.

650. HAU-

650. HAUSTUS.

Oleoſus anodynus in ileo, colica nephritica calculo, etiam in tuſſi aeri inani, & febre ardente.

℞. *Olei lini recenter preſſi* unc. IV. V. VI.
Syrup. diacodii unc. I. I ſemis II.
M. exhibe pro doſi.

MERCURIALIS.

651. CLYSMA

Emolliens eccoproticum reſolvens in alvo ſtricta, & fecibus induratis.

℞. *Herb. Mercurial.* manip. I.
Rad. althaeae unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Mellis mercurialis unc. II.
Divide in Clysmata duo, injiciantur.

652. ALIUD

Leniens diluens ante acceſſionem morbi iſchiatici, aut in ipſa acceſſione injiciendum.

℞. *Herb. Mercurial.*
— *Malv.* ana M. I.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Nitri dr. II.
Mellis mercurial. unc. I.
Injiciatur.

Nota: horis matutinis acrius injici poteſt, vel etiam dari purgans.

653. DECOCTUM

Solvens in obſtructionibus viſcerum, etiam uteri.

℞. *Herb. Mercurial.* M. I.
— *Chaerophyll.* M. ſemis.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Syrup. arthemiſiae unc. I.

Detur omni bihorio vaſculum calide.

PARIETARIA

654. DECOCTUM

Solvens, aperiens, leniter diureticum ad obſtructiones, cutis vitia, podagram.

℞. *Herb. Parietar.* manip. II.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* ſub finem infunde
Rad. foeniculi unc. ſemis.

Stet adhuc in digeſtione per quadrantem horæ Colaturæ expreſſæ libr. I ſemis adde
Nitri puri dr. I ſemis.
Roob ſambuci unc. I ſemis.

D. ſumat omni hora vaſculum.

655. SUCCUS

Ad pellendum ſabulum nephriticum, calculum, viis prius debite relaxatis.

℞. *Herb. Parietariae recent.* q. ſ.

Ut exprimatur ſuccus unc. VI. lege artis depurato adde
Terrae foliatae tart. dr. I ſemis.
Syrup. Ribeſior. unc. I ſemis.

M. & exhibe duabus doſibus abſumendum.

656. VEL

℞. *Herb. parietar. recent.*
Milleped. vivor. No. L.
Exprimatur lege artis ſuccus unc. IV. cui adde
Vini auſtr. montan. unc. VIII.
Spiritus Vitriol. dulcis dr. I.
M. ſumat omni hora cochlearia duo.

VERBASCUM.

657. DECOCTUM

Ad dyſenteriam inviſcans anodynum.

℞. *Fol. Verbaſci* manip. I.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ſub finem coctionis adde.
Flor. Verbaſci pug. II.
Colaturæ libræ I ſemis adde
Syrup. balſam. unc. ſemis.
M. ſumat omni bihorio vaſculum.

658. CATAPLASMA

Ad fovendas hæmorrhoides dolentes.

℞. *Reſiduum praecedentis* in pultem acti, adde
Farin. ſem. lini unc. I.
Olei lini unc. ſemis.
M. & calidum applica.

CLASSIS QUINTA
ADSTRINGENTIUM

FRUCTUS.

ACACIA GERMAN.

659. DECOCTUM

In dyſſenteria, & aliis harum partium laxis morbis.

℞. *Fruct. acaciae germ.* unc. I.
Flor. roſar. rubr. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde

Syrup. de roſis ſiccis unc. I ſemis.

D. ut vaſculatim ſumat.

660. ALIUD

In iisdem a bile exortis.

℞. *Fruct. acaciae german.* unc. ſemis.
Ribeſior. maturor. unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I, adde

Syrup. ribeſior. unc. I ſemis,

D. ſumat, ut prius.

661. ALI-

661. ALIUD

Antiſebrile in quartana.

℞. *Rad. Acaciae german.*

Coque in ſ. q. aquæ per horam. Colat. libr. II, adde
Syrup. myrtillor. unc. I ſemis.

D. ut æger tempore apyrexiæ ſumat omni bihorio vaſculum.

662. GARGARISMA

In vacillatione dentium.

℞. *Fol. acac. germ.*
Fruct. acac. ejuſd. ana unc. ſemis.

Coque per quadrantem horæ in *vino*, Colat. libr. I. adde
Tinctur. gummi laccae ſpirit. unc. ſemis.
Syrup. granatorum unc. I.

M. & ter vel quater os colluatur.

Nota, idem in angina aquoſa valere, tincturam gummi laccæ omitti, & loco ſyrupi granatorum Mellis roſacei unciam I. addi poſſe.

663. TINCTURA

Roborans in doloribus calculoſis, ſine febre anodyna.

℞. *Cort. rad. acac. germ. concis.* unc. ſemis.
Opii gr. II.
Spiritus vini q. ſ.

Ut extrahatur tinctura, de qua ſumat bis de die cochlear unum.

664. PILULAE

Roborantes in laxitate primarum viarum.

℞. *Succi inſpiſſat. Acac. germ.* dr. II.
Pulveris Myrrhae dr. I.
Balſam. de copaiv. q. ſ.

Ut F. Pil. gr. III. Sumat omni hora duas.

665. INFUSUM

Laxans ſubjecta teneriora.

℞. *Flor. Acac. germ.* dr. III.
Infunde in ſ. q. *ſeri lactis*, Colat. unc. III. adde
Syrup. flor. Acac. germ. unc. ſemis.
D. ſumat pro hauſtu vel duobus.

BERBERIS.

666. POTUS

Ordinarius in febribus & diarrhœa putridis.

℞. *Fructuum Berberis* unc. I.
Hord. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Succi depurat. Berber.
Syrup. Berber. ana unc. III.
D. uſui.

667. VEL

Simplicior alius.

℞. *Succi Berber.* unc. IV.
Syrup. Berber. unc. III.
Aquae fontan. libr. I ſemis.
M. D.

668. HAU-

668. HAUSTUS
Hydropicis ad educendas aquas utilis.

℞. *Cort. contuſi med. viridis Berber.* dr. III.

Infunde in ſ. q. *vini tenuis*, ſtet in digeſtione calida per mediam horam, Colat. expreſſæ unc. IV. adde

Liquoris terrae foliat. tart. dr. I.

Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

M. & ſumat pro hauſtu.

669. DECOCTUM
In Ictero & viſcerum obſtructionibus aperiens ſolvens.

℞. *Cort. inter. flavi berberis* unc. I.

Olivarum enucleatarum

Capparidum ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis expreſſæ adde

Terrae foliat. tartar. dr. II.

Syrup. rad. 5. aperient. unc. II.

M. ſumat omni bihorio vaſculum.

670. ROTULAE
Ad ſitim fallendam in febribus, & hydrope.

℞. *Rotul. Berberis* unc. I.

Exhibe, ut æger ſæpius ore volvat, & deglutiat.

CORNI.

671. POTUS
Ordinarius in dyſenteria a laxitate roborans, præmiſſo purgante.

℞. *Cornor.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde

Syrup. granator. unc. I.

D. ſumat ad libitum.

672. CONDITUM

In eodem caſu.

℞. *Pulp. cornor. per ſetaceum trajectae*
Mivae Cydoniorum ana unc. ſemis.
Flaved. conciſae cort. aurant. dr. II.
Syrup. myrtillor. unc. I.

M. Sumat quater de die ad nucis juglandis magnitudinem.

CYNOSBATI.

673. ELECTUARIUM

Roborans putredini reſiſtens in diarrhœa bilioſa, præmiſſo Rheo toſto.

℞. *Roob Cynosbat.* unc. II.
Conſerv. pulp. citri unc. ſemis.
Syrup. Berberum q. ſ.

M. ſubige, & F. electuarium liquidum, de quo ſumat omni bihorio cochlear unum.

674. ALIUD

Ad phthiſim incraſſans balſamicum.

℞. *Roob Cynosbati* unc. II.
Extract. farfarae. unc. I.
— — *virgae aureae* dr. II.
— — *croci* dr. ſemis.
Balſam. peruv. vitello ov. ſubact. dr. I ſemis
Syrup. de roſis ſiccis q. ſ.

Ut F. Electuarium, de quo ſumat quater de die ad nucis juglandis magnitudinem.

QUER-

QUERCUS.

675. FOMENTUM, BALNEUM

Ad partes laxas roborandas.

℞. *Fol. quercus* manip. I.
Cort. querc. unc. I.

Conciſa contuſa coque in ſ. q. aquæ per mediam horam, Colat. libr. I.

Exhibe. Pars laxa huic ſæpe immergatur, aut foveatur hoc liquido, quod etiam acui poteſt ſpiritu vini. Ad balnea majores doſes præſcribendæ.

676. ALIUD

Ad Oedemata.

℞. *Cort. quercus* unc. II.
Cinerum quercus unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ.
Colat. libr. II. Detur uſui.

677. PULVIS

In diarrhœa, & laxitate inteſtinorum, præmiſſo Rheo toſto.

℞. *Pulv. capulae quercus* gr. XV.
— *baccar. myrti* gr. X.

M. F. pulvis, & dentur tales No. IV.
Sumat duos de die.

678. SUCCUS

In mictu cruento a laxitate.

℞. *Succi ex terebrat. querc. ſtill.* libr. ſemis.
Syrup. de roſis ſiccis unc. I.

M. D. Sumat ter, vel quater de die unc. I.

MES-

MESPILUS.

679. ELECTUARIUM

In immodicis alvi profluviis a laxitate roborans, præmiſſo purgante.

℞. *Pulp. mespilor. immatur.* unc. III.
Elixir vitriol. dr. II.
Syrup. Cort. aurant. unc. I.

M. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

MYROBALANI

680. DECOCTUM

Roborans in procidentia ani pueris conveniens.

℞. *Myrobal. Belliric.*
Roſar. rubr. ana dr. II.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ,
Colat. unc. V. adde
Syrup. de roſis ſiccis unc. I.
Detur de die ſæpius cochlear.
Alia videri ſub purgantibus poſſunt.

MYRTUS

681. PILULAE

In fluore albo, & morbis pallidis virginum.

℞. *Pulv. Baccar. Myrti* dr. II.
Myrrhae.
Extracti Cicutae ana dr. I.
Olei tartari per deliq. q. ſ.

Ut F. Pilulæ gr. III. Sumat ter vel quater de die pilulas tres.

682. PUL-

682. PULVIS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. folior. Myrti*
— baccar. ejusd.
Boracis venet. ana gr. XII.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI.

Sumat duos pulveres de die.

683. FOMENTUM.

In laxitate articulorum ex diſtractione roborans, ut & ad manantia capitis ulcera exſiccans, præmiſſis præmittendis.

℞. *Cort. peruv.* unc. ſemis.
Baccar. myrti unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ:

Colat libr. I ſemis exhibe, ut lintea huic immerſa applicentur parti.

PUNICA ſeu GRANATA.

684. POTUS

Ordinarius in diarrhœa & dyſenteria bilioſa, præmiſſo purgante.

℞. *Succi granat. accid. dulc.* unc. VI.
Seri lactis libr. I.
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Syrup. granator. unc. I.

M. D. Sumat pro lubitu.

685. ALIUS

Similis in febribus putridis.

℞. *Panis Secalini* unc. II.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, & Colat. libr. II.
Succi granat. acid. dulc. unc. III.
Spiritus vitrioli dr. ſemis.
Syrup. ribeſior. unc. I.
M. & exhibe vaſculatim.

SORBUS

686. ELECTUARIUM

In laxitate inteſtinorum roborans.

℞. *Baccar. ſorbi immatur.* unc. III.
Trajice per ſetaceum & adde
Pulv. Cinnamomi dr. II.
— *Nucis moſchat.* dr. I.
Syrup. Myrtill. unc. ſemis.
M. F. Electuarium, de quo ſumat quater de die ad nucis juglandis magnitudinem.

HERBAE ET RADICES.

ACORUS PALUSTRIS.

687. VINUM

Medicatum in ſcorbuto laxo.

℞. *Rad. Acori paluſtr.* unc. I.
Raphan. ruſtican.
Baccar. Myrti ana dr. II.

Conciſa, contuſa infunde in libr. I *vini rubri* per quinque horas, de Colatura, per inclinationem emittenda, ſumat ter, aut quater de die unc. II.

ALCHIMILLA.

688. DECOCTUM

Vulnerarium, detergens, roborans in ulcere pulmonis.

℞. *Herb. Alchimillae.* M. I.
Virgae aureae. M. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colaturæ libr. I ſemis adde
Syrup. balſamici unc. I.
M. detur quater de die vaſculum.

BISTORTA.

689. COLLUTORIUM

Ad vacillantes dentes & reprimendas defluxiones a gingivis.

℞. *Rad. Biſtort.* unc. ſemis.
Flor. roſar. rubr. manip. ſemis.

Conciſa coque in ſ. q. *vini rubri* per breve tempus, Colat. libr. I. ſemis adde
Nitri dr. I.
Tinct. Gummi lac. ſpirit. unc. I.
Syrup. Granator. unc. I.
M. Detur uſui.

690. ALIUD

In ſcorbuto laxo.

℞. *Rad. biſtort.* unc. I.
— *Acori paluſtr.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *vini rubri* per quadrantem horæ, ſub finem infunde
Raphan. ruſtic. raſi dr. II.

poſt digeſtionem Colat. libr. II. adde
Spiritus Cochlear. unc. I.
Syrup. Scelotyrb. unc. II.

M. D. uſus prioris.

691. FOMENTUM

Ad ulcera humida laxa roborans, adſtringens, ſiccans.

℞. *Rad. biſtort.* unc. I.
Baccar. Myrti unc. ſemis.

Conciſa coque in ſ. q. aquæ *ferratae* per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde
Aq. calcis unc. IV.

Exhibe, ut hoc ulcus abluatur, & foveatur.

692. PULVIS

Roborans in diarrhœa, præmiſſo purgante.

℞. *Pulv. rad. Biſtort.*
— *baccar. myrti* ana gr. XII.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI.
Sumat bis de die unum.

Nota, cum Roob Cynosbati, vel Syrupo, vel Balſamo fieri bolum poſſe & exhiberi.

693. PILULAE

In eodem caſu.

℞. *Extract. rad. biſtort.*
— *Abſinth.* ana dr. ſemis.
Balſam. peruv. q. ſ.

Ut fiant Pil. gr. III. ſumat ter de die quatuor.

CAPILLUS VENERIS

694. DECOCTUM

In morbis pectoris pituitoſis, tuſſi &c. roborans.

℞. *Capill. veneris* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Syrup. capillor. veneris unc. I ſemis.

M. D.

CETERACH

695. THEE

Species ad depellendum ſabulum nephriticum fere ſpecificae.

℞. *Ceterach* manip. I.
Flor. Papav. rhoead. M. ſemis.

Conciſas exhibe ſpecies pro Thee. Sumat pugillos duos, tres pro vaſe majori theato, & bibat.

RUTA MURARIA

696. HYDROMEL

Pectorale roborans ad defluxiones in pulmonem impediendas.

℞. *Rutae murar.*
Capillor. vener. ana M. I.
Summitat. Hyſſop. M. ſemis.
Mellis virgin. unc. II.
Aq. calentis libr. II.

Digerantur ad cineres calidas per ſex horas. De Colatura ſumat quater de die vaſculum.

SCOLOPÉNDRIA.

697. INFUSUM

Roborans in rachitide.

℞. *Herb. Scolopendr.*
— *Rutae murar.* ana dr. II.
Mellis unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. deſpumat. unc. X. adde
Syrup. Cinnamom. unc. ſemis.

Sumat omni hora vaſculum medium vel integrum Coffée. Repetatur.

EQUISETUM.

698. COLLUTORIUM

In Angina aquoſa roborans.

℞. *Herb. Equiſet.* unc. ſemis.
Flor. roſar. rubr. dr. III.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde
Salis polychreſt. dr. I ſemis.
Mellis roſar. unc. I ſemis.

M. calide utatur bis, ter de die, & pluries.

699. DECOCTUM

In micto cruento, ſanguinis ſputo adſtringens.

℞. *Herb. Equiſet.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ſub finem adde
Flor. Papav. rhoead. M. ſemis.

Digeſtis collatis adde
Syrup. de Moecon. unc. I.

M. Sumat omni hora vaſculum.

700. SUC-

700. SUCCUS

In rupta in abdominis vel pectoris cavo arteria, aut alia hæmorrhagia.

℞. *Herb. equiſet. recent.* q. ſ.
ut exprimatur ſuccus unc. V. expreſſo adde
Syrup. diacod. unc. I.
M. Sumat primo omni quadrante horæ cochlear, dein aſſumptionis vices dilatandæ ad horam & ultra pro ſucceſſu.

GNAPHALIUM.

701. DECOCTUM

Ad Ulcera pulmonum detergens, roborans.

℞. *Herb. Gnaphal.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Mellis roſar. unc. I.
D. Sumat omni bihorio vaſculum.

HEDERA ARBOREA.

702. FOMENTUM, INIECTIO

Vulnerar. antiſep. roborans ad ulcera, & fonticulos ſordidos eluendos, etiam in Ozœna valens.

℞. *Heder. arbor.* manip. I.
Rad. Ariſtoloch. rotund. concis. dr. II.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde
Salis ammoniac. dr. I.
Mellis roſar. unc. ſemis.
M. D.

703. DECOCTUM

Vulnerarium ad ulcera interna detergens & roborans.

℞. *Hederae arbor.*
Herb Gnaphal. ana M. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Mellis virgin. unc. I.

D. ut omni bihorio ſumat vaſculum.

704. PULVIS

In Atrophia infantum celebris in lacte, pulte, aut alio vehiculo ſumendus.

℞. *Pulv. hederae arbor.* unc. ſemis.
Sacchari roſac. dr. II.

M. F. pulvis, de quo ſumat bis, aut ter de die, quantum cuspide cultelli capi poteſt.

705. TROCHISCI

In eodem caſu, ſi aſſumptionem pulveris infans reſpueret.

℞. *Pulv. hederae arbor.* unc. ſemis.
Sacchari pulv. unc. VI.
Mucilaginis Gummi tragacant. aq. roſar. extract. q. ſ.

ut fiant Trochiſci gr. X. Dentur uſui.
Sumat duos, tres de die.

706. SACCHARUM

In eodem caſu.

℞. *Pulv. hederae arbor.* unc. ſemis.
— *flor. roſar. rubr.* dr. II.
Sacchari albi in aq. roſar. rubr. ſolut. & ad conſiſtent. tabulat. coct. libr. ſemis.

F. l. a. confectio in tabulis, quibus pro libitu utatur.

LAPA-

LAPATHUM

707. DECOCTUM

Tum ad ſcabiem, tum ad prophylaxim podagræ.

℞. *Herb. Lapath. acut.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ab igne remotis adde

Flor. Sambuc.

— *Verbas.* ana pug. II.

Stent adhuc in digeſtione per aliquot tempus: Colat. libr. I. adde

Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

Sumat omni bihorio vaſculum calide. Repetatur.

708. ALIUD

Fomento, aut lotioni ulcerum humidorum inſerviens.

℞ *Lapathi acut.* unc. I.

Baccar. myrti contus. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis. Detur uſui.

709. CEREVISIA

Medicata in ſcorbuto & ejus vitiis.

℞. *Hydrolapath.* M. II.

Herb. Beccabung.

— *Fumar.*

— *Naſtur. aquat.* ana M. I.

Rad. raph. ruſtic. raſ. unc. II.

Conciſæ mixtæ ſpecies indentur ſacculo, qui ſuspendatur in recentis cereviſiæ doliolo menſur. XII. Ut poſt fermentationem ejus uſus fieri poſſit pro potu communi.

710. PULVIS

In alvi fluxu dolente roborans, anodynus, præmiſſo purgante.

℞. *Pulv. ſem. lapath.* ſcrup. I.
Opii tertiam partem grani.

Miſce F. pulvis, & fiant tales No. IV. ſumat duos de die.

711. HAUSTUS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. ſem. lapath.* dr. ſemis.
Aq. ſtill. Papav. rhoead. unc. III.
Syrup. diacod. unc. I.

M. detur pro doſi. Repetatur.

LYSIMACHIA PURPUREA.

712. CLYSMA

In diarrhœa, dyſenteria inviſcans roborans, præmiſſo purgante.

℞. *Herb. Lyſimach. purp.* unc. I.
— *Equiſet.* dr. II.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. divide in duo clysmata.

Quæ injiciantur, vel ſi e re fuerit, adde prius
Olei lini vitell. ov. ſubact. unc. I.

D.

PENTAPHYLLUM.

713. PULVIS

In diarrhœa, dyſenteria roborans, præmiſſo purgante.

℞. *Pulv. rad. pentaphyll.* gr. XV.
— *Gummi* arab. gr. V.

M. detur pro doſi, & dentur tales No. VI. Sumat de die duos, aut tres.

714. ELE-

714. ELECTUARIUM

In iisdem caſibus.

℞. *Pulv. rad. pentaphyll.* dr. II.
— *baccar. myrti* dr. I ſemis.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XXX.
Conſer. Roſar. rubr. vitriolat. unc. ſemis.
Syrup. myrtillor. unc. I.

D. Sumat ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.
Idem dari poteſt in nimio menſium fluxu, ſi cauſa morbi laxitas fuerit.

715. SUCCUS

In fluore albo roborans.

℞. *Herb. pentaphyll. r.* q. ſ.
— *Beccabung. recent.* unc. I.
Flor. roſar. rubr. unc. ſemis.

ut exprimatur ſuccus unc. VI. cui adde
Syrup. balſam. unc. I.

M. ſumat omni bihorio in juſculo, aut aquis medicatis martialibus unciam I.

PLANTAGO.

716. VINUM

Medicatum roborans in fluore albo.

℞. *Herb. plantag.* manip. I.
Baccar. myrti contus. unc. ſemis.
Limatur. martis dr. II.
Vini auſtr. montan. libr. I ſemis.

Stent in digeſtione per duodecim horas.
Sumat omni trihorio unc. I.

717. HAUSTUS

In phthiſi vulnerarius roborans.

℞. *Succi r. p. Plantag.* unc. ſemis.
Lactis myrrhat. dr. II.
Syrup. balſam. dr. III.

M. Sumat pro hauſtu, isque omni die per duas ſeptimanas continuandus, aut ſi minus placeret, poſſet ſumere ſequens.

718. ELECTUARIUM.

℞. *Fol. recent. & teneror. Plantag.* manip. ſemis.
— — *Hederæ arbor.* dr. II.

F. l. a. cum ſ. q. ſacchari albi Conſerva, cui adde
Extract. myrrh. aquoſ. dr. III.
Syrup. balſam. unc. I.

M. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem, ſuperbibendo infuſum veronicæ.

719. CATAPLASMA

In vesparum morſu.

℞. *Fol. recent. Plantag.* q. ſ.

Contunde in cataplaſma & applica, vel in ſuccum expreſſum intinge lintea, & demum applica.

PIMPINELLA SANUISORBA.

720. DECOCTUM

Vulnerarium detergens, & roborans.

℞. *Pimpinel. ſanguiſorb.* M. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ. Colat. libr. I. adde.
Syrup. balſam. unc. I.

M. et ſumat omni trihorio vaſculum.

RUBIA

RUBIA TINCTORUM.

721. PULVIS

In rachitide dandus infanti.

℞. *Pulv. rad. rubiae tinctor.*
— *Sacchar. albiſſ.* ana gr. X.

M. F. pulvis, & fiant tales No. XII. ſumat vel in lacte, pulte, vel melle omni die duos.

722. VEL

℞. *Pulv. rad. rubiae tinctor.* gr. X.
— *oſtrocoderm.* gr. V.
Sacchari roſat. gr. XV.

M. F. pulvis, & dentur tales No. XII. ſumat duos de die.

723. IDEM

Pro adulto.

℞. *Pulv. rad. rubiae tinctor.*
— *oſtrocodermat.*
— *ſacchari roſat.* ana ſcrup. I.

M. F. pulvis, & dentur tales No. XV. ſumat duos, tres de die, ſuperbibendo infuſum Rad. 5. aperientium.

724. SACCHARUM

Pro pueris delicatioribus rachiticis.

℞. *Pulv. rad. rubiae tinctor.*
— *oſtrocodermat.*
Sacchari martis ana dr. I.
Sacchari albiſſimi in aq. roſar. diſſoluti. & ad conſiſtentiam tabulati bocti unc. IV.

F. l. a. confectio in tabulis dr. ſemis. De qua illis omnibus diebus bis, ter, quaterve dari poteſt.

SANICULA.

725. LAVAMENTUM

Ad ulcera mali moris humida roborans.

℞. *Herb. Sanicul.* unc. I.
Baccar. myrti unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ calcis. Colat. libr. I.
Exhibe.

726. DECOCTUM

In hæmoptoë roborans incraſſans.

℞. *Herb. ſanicul.* unc. I.
— *Lyſimach. purp.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Syrup. Pap. rhoeados unc. I.
D. ſumat omni bihorio vaſculum.

TORMENTILLA.

727. COLLUTORIUM

In dolore dentium.

℞. *Rad. tormentil. concis. contus.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. *aceti* per quadrantem horæ: Colat. libr. ſemis adde
Opii gr. III.
S. Calidi liquoris partem ore detineat ſæpius.

728. DECOCTUM

In metu abortus, diarrhœis, dyſenteriis, aliis præmiſſis.

℞. *Rad. Tormentill.* unc. I.
Cinnamom. dr. II.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Syrup. Pap. rhoeados. unc. I.
M. D. ſumat omni hora vaſculum.

729. LA-

729. LAVAMENTUM

Exſiccans ulcera humida mucoſa, etiam luxuriantem carnem reprimens.

℞. *Herb. ſaniculae*
Rad. tormentill.
— *ariſtoloch. rotund.* ana unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ *ferratae* per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde
Aq. phagadaen. unc. I.
Detur uſui.

UVA URSI

730. PULVIS

In calculo veſicæ urinariæ.

℞. *Pulv. fol. Uvae urſi* dr. ſemis.
D. pro doſi, & dentur tales No. VI. ſumat de die duas, ſuperbibendo ejusdem plantæ lene decoctum.

731. VEL

℞. *Pulv. fol. Uvae urſi* dr. ſemis.
Opii puri gr. ſemis.
M. F. pulvis, & dentur tales No. VI. ſumat de die duos, plures.

732. DECOCTUM

In eodem caſu, ut & in morbis viarum urinariarum vulnerarium.

℞. *Fol. Uvae urſi* manip. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Syrup. diacod. unc. I.
D. ſumat omni hora vaſculum.

FLO-

FLORES.

BALAUSTIA.

733. GARGARISMA

Ad anginam aquoſam roborans.

℞. *Flor. bauſt.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde

Salis ammoniac. dr. I.

Oxymellis unc. I.

M. ut hoc calido fauces ſæpe colluat.

734. IDEM

In Angina inflammatoria incipiente repercutiens & diſcutiens, etiam in angina aquoſa cum calore, dolore.

℞. *Flor. Balauſt.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ſub finem coctionis infunde

Flor. Sambuc. manip. ſemis.

Stent adhuc parum in digeſtione, Colat. libr. I ſemis adde

Nitri puri dr. I.

Spiritus vini camphor. unc. ſemis.

M. D. ut ſæpe fauces colluat.

ROSAE RUBRAE.

735. CLARETUM

In morbis putridis cum diſſolutione humorum, etiam diarrhœa&c. roborans, compingens, cardiacum.

℞. *Flor. Roſar. rubr.* manip. I ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ calidæ vaſe clauſo per quadrantem horæ, ſub finem ſemel ebulliant: Colat. libr. II. adde

Spirit. Sulph. per comp. gutt. XL.
Syrup. Ribeſior. unc. II.
Sacchari ad gratiam.

M. Detur pro potu ordinario.

Nota, ſi debilitas adeſt, aut nihil contraindicet, vini burgundici unciæ aliquod addi poſſunt.

736. ELECTUARIUM

In ulcere interno & phthiſi detergens, roborans, vulnerarium.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* dr. II.
— *recent. plantag.* dr. I.
— *centaur. minor.* dr. ſemis.
Extract. myrrhae aquos. dr. I.
Syrup. de roſis ſiccis unc. I.

M. ſumat bis de die ad nucis moſchatæ magnitudinem, ſuperbibendo clareti præcedentis minus acidulati vaſculum, vel decoctum plantæ vulnerariæ lenioris.

737. ALI-

737. ALIUD

In diarrhœa, dyſenteria bilioſa putrida antiputridum roborans, præmiſſis præmittendis.

℞. *Conſerv. Roſar. rubr. vitriolat.* dr. II.
Pulpae Citri dr. I ſemis.
Boli armen.
Pulv. rad. tormentill. ana dr. I.
Laud. liq. Sydenh. gutt. XXX.
Syrup. Granator. unc. I.

M. ſumat omni bihorio ad nucis juglandis magnitudinem, ſuperbibendo claretum.

Nota, vires aceti roſacei, mellis roſacei, aliis capitibus hinc inde præſcribi, ut & aq. roſarum cardiacæ.

738. CONFECTIO

Contra phthiſim.

℞. *Conſerv. Roſar. rubr. vitriol.*
Amygd. dulc. decort. ana unc. I.
Pulv. Heder. arbor.
— *Botryos* ana dr. II.
Sacchari roſac. unc. IV.

Conciſis mixtis affunde ſacchari clarificati calidi q. ſ. ut fiat confectio in tabulis, ſingula drachmæ unius: Sumat quater de die unam.

CORTICES.

CAPPARIS.

739. DECOCTUM

In morbo hypochondriaco aperiens, roborans, ſolutam ſaburram promovendo.

℞. *Cort. capparid.* unc. I.
Gemmar. cappar. unc. ſemis.
Infunde in ſ. q. aquæ calidæ per mediam horam: Colat. expreſſæ libr. I. adde
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.
M. ſumat omni hora vaſculum.

740. SUCCUS

In eodem caſu.

℞. *Gemmar. cappar.* unc. II.
Cum ſ. q. *ſeri lactis* emulgeatur ſuccus unc. V. cui depurato adde
Succi granator. acido-dulc. unc. V.
M. ſumat omni bihorio uncias duas, ſuperbibendo aquas ſpadanas.

FRAXINUS.

Nota, corticem hunc ut illum capparidis præſcribi.

741. CATAPLASMA

Vulneri a rabidi animalis morſu illato ſuperdandum.

℞. *Cinerum fraxini albi*
Aceti ana q. ſ.
Ut F. Cataplasma, quod imponatur.

742. INFUSIO

Spirituoſa aperiens, diuretica in hydrope.

℞. *Spiritus Juniper.* unc. VI.
Sem. Fraxin. contus. dr. III.

Stent in infuſione calida ad cineres vaſe clauſo per quatuor horas. Sumat de colatura ſæpius vitrum roſoli.

MALICORIUM

743. PULVIS

Adſtringens roborans in diarrhœa, & dyſenteria a laxitate.

℞. *Pulv. malicor.* gr. XV.
— *cort. fraxin.* gr V.

M. F. pulvis, detur pro doſi, & fiant tales plures, poteſt & illis elæoſacch. addi ad dr. ſemis I.

744. COLLUTORIUM, GARGARISMA

In dentium vacillatione, uvulæ, tonſillarum laxitate, relaxatione.

℞. *Malicorii* unc. ſemis.
Flor. balauſt. manip. ſemis

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde

Syrup. granator. unc. I.

M. ut ſæpius de die fauces colluat.

CORTEX PERUVIANUS.

745. PULVIS

Ad febres intermittentes & remittentes, præmiſſis præmittendis, item in febre petechiali maligna cum vel ſine hæmorrhagia.

℞. *Pulv. cort. peruv. opt.* unc. I.

Dividatur in doſ. XII. ut tempore apyrexias abſumantur.

746. ALIUS

Gratior in eodem caſu.

℞. *Pulv. Cort. peruvian.* unc. I.
Olei ſtill. foenicul.
— *Anis.* ana gutt. II.
M. & divide in doſes XII. ſumat ut prius.

747. ELECTUARIUM.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. I.
Liq. anod. mineral. Hoffm. dr. ſemis.
Syrup. Cinnamom. q. ſ.
M. & fiat electuarium, ſumatur die intercalari.

748. VINUM

Medicatum in eundem ſcopum.

℞. *Cort. peruv.* unc. I ſemis.
— *cinnamom.* unc. ſemis.
Vini burgund. libr. I ſemis.
Contrita digerantur ad cineres calidos per 12 horas: Colat. adde
Aquae ſtill. cinnamom. cum vino unc. I.
M. ſumat die intercalari omni bihorio vaſculum.

749. ALIUD

In febre intermittente præſentibus menſtruis, in quibus cortex in ſubſtantia dari non poteſt.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. II. ſemis.
Vini rubri libr. I ſemis.
Miſſa in matratium circulatorium impone cineribus calidis per 48 horas, ter de die concutiendo, Colaturæ refrigeratæ. unc. II. III. exhibeantur omni tri, vel quadrihorio die intercalari.

750. TINCTURA

Alexipharmaca in febribus intermittentibus lentis, nervoſis, maxime in putridis peſtilentialibus, petechialibus, in harum fine danda, etiamſi intermiſſio non ſit adeo evidens.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. ſemis.
Flaved. cort. aurant. dr. III.
Rad. ſerpent. virg. dr. I.
Croci auſtr. gr. XII.
Coccinel. gr. VII.
Spirit. vini gall. unc. V.

Fiat infuſio calida vaſis clauſis.

Omni 4. 6. 8. hora ſumatur a drachma I. ad unciam ſemis cum X. XV. XX. guttis Elixirii vitrioli in aqua ſtillatitia, jusculo, cereviſia, vino tenui.

751. CLYSMA

Injiciendum delicatioribus corticem nauſeantibus pueris in febribus intermittentibus.

℞. *Cort. peruv. bene contrit.* dr. II. unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ.

Clysma unc. III. injiciatur. Repetatur doſis minor.

752. IDEM

Pro adulto.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. ſemis I.
Coque, ut prius.

Clysma unc. V-VI. injiciatur, repetatur doſis minor, &, ſi opus eſt, etiam major.

Nata, his clysmatibus olea lenia adjici poſſe, ne alvum pertinacius claudant.

753. PULVIS

In gangræna, ſphacelo a cauſa interna.

℞. *Pulv. cort. peruvian.* dr. ſemis, etiam I.

Fiant tales No. IV. ſumat omni quadrihorio unum.

Nota, hanc præſcriptionem ſæpe etiam profuiſſe in gutta roſacea.

754. VEL

Valentior ad gangrænam.

℞. *Pulv. cort. peruvian.* dr. ſemis.
Camphor. gr. VI.

M. F. pulvis, & dentur tales No. IV.
Sumat omni quadrihorio pulverem unum.

755. BOLUS

In eodem caſu.

℞. *Conſervae rutae*
Pulv. cort. peruv. ana dr. ſemis.
Camphorae gr. X.
Mellis anthoſat. q. ſ.

Ut F. bolus, repetatur omni quadrihorio.

756. HAUSTUS.

In eodem caſu.

℞. *Pulv. cort. peruv.* dr. ſemis.
Syrup. contrajerv. unc. ſemis.
Aquae theriacal. dr. I.
Elixir vitrioli gutt. X.
Vini boni unc. III.

M. Sumat pro doſi, omni quarta vel ſexta hora repetatur.

757. FUMENTUM

In eodem caſu.

℞. *Cort. peruv. groſſo modo contrit.* unc. I.

Coque in ſ. q. vini per mediam horam, ſub finem coctionis adde

Herb. Scord.

— *Rutae* ana manip. ſemis.

Colat. libr. I ſemis expreſſæ adde

Aq. theriacalis unc. II.

D. uſui, ut in liquorem calidum immergantur lintea loco gangrænoſo applicanda.

758. ALIUD

Antiſepticum.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. ſemis.

Salis ammoniac. dr. I.

Aceti vinoſi unc. III.

Commiſta tere, emulge & uſui ſunto.

759. ALIUD

Contra cancrum.

℞. *Cort. peruv. groſ. modo contrit.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per medium horæ: ſub finem adde

Herb. Cicutae manip. I.

Stent adhuc in digeſtione: Colatura expreſſa inſerviat uſui, in quam lintea demerſa loco cancro vexato applicentur.

760. ELE-

760. ELECTUARIUM

Ad dolores, hemicranias, ſpaſmos, convulſiones periodice recurrentes.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. I.
Conſerv. rutae unc. ſemis.
Laudani diuretic. dr. ſemis.
Syrup. cinnamom. unc. I.

M. Sumat omni trihorio ad nucis moſchatæ magnitudinem ſuperbibendo infuſum vel decoctum indicatum.

761. VINUM

Medicatum ad podagræ paroxiſmum remorandum.

℞. *Pulv. cort. peruvian.* unc. I.
Summitat. abſinth.
Flor. chamomill.
— *ſambuc.* ana manip. ſemis.
Vini rubri libr. I ſemis.

Digerantur ad cineres calidos per duodecim horas, de Colatura ſumat omni die vaſcula duo. Repetatur per ſeptimanas.

762. EMULSIO

In febribus intermittentibus antifebrilis, loco decocti cort. peruv.

℞. *Pulv. cort. peruvian.* unc. ſemis.
Aniſi ſtellat. dr. I.

Cum ſ. q. aquæ frigidæ ſenſim emulgeantur: Colatura libr. II. detur uſui, vel adde
Vini boni unc. II. vel
Liquor. anod. miner. Hoff. dr. I.

D.

763. PULVIS

In phthiſi pulmonali.

℞. *Pulv. cort. peruv.* gr. XV.
— *Hederae arbor.* gr. X.
— *Croci* gr. III.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI. ſumat duos de die &, ſi opus, repetantur.

764. PILULAE

Antihyſtericæ.

℞. *Pulv. cort. peruv.* dr. II.
Gummi galb. dr. I.
Aſae foetid. dr. ſemis.
Caſtor. ſcrup. I.
B*alſam. peruv.* q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. III. ſumantur omni quadrihorio tres, & mane cum aquis pyrmontanis.

765. PILULAE

In hæmorrhagiis & quovis immodico fluxu utilis.

℞. *Extract. cort. peruv.* dr. I.
Pulv. alumin. dracon. dr. ſemis.
Opii gr. II.
exactiſſime mixta redigantur cum
Balſam. peruv. ſ. q.

In Pil. gr. III. Sumantur tres omni hora aut trihorio, prout e re videtur.

766. PUL-

766. PULVIS

In ſcrophulis tumidis laxis.

℞. *Pulv. cort. peruv.* dr. ſemis.
— — *ſaſſafras* gr. X.
— *Ari* gr. V.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI. ſumat duos de die, poteſt & his mercurius dulcis addi ad gr. II. Valet idem in ophthalmia ſtrumoſa.

767. ELECTUARIUM

In eodem caſu.

℞. *Pulv. cort. peruv.* dr. VI.
— — *ſaſſafras* dr. II.
Syrup. rad. 5. aperient. q. ſ.

Ut F. Electuarium. De quo ſumat ter de die ad nucis moſchat. magnitud. ſuperbibendo ſequentis cyathum.

℞. *Rhei elect.* unc. ſemis.
Roſ. rubr. dr. I ſemis.
Rad. irid. florent. unc. I.

Conciſa contuſa infunde in *Cereviſiae tenuioris* libr. IV. D. uſui, tum ſtrumæ illiniri poſſunt unguento ad ſtrumas ZACUTI luſitani.

768. ELECTUARIUM

In ulceribus mali moris ſemigangrænoſis, ſcorbuticis.

℞. *Conſervae cochleariae* unc. ſemis.
Pulv. cort. peruvian. dr. III.
— *ari compoſit.* dr. I.
Syrup. cochlear. q. ſ.

Ut F. electuarium. De quo ſumat ad nucis juglandis magnitudinem omni quadrihorio, ſuperbibendo aquas pyrmontanas.

SIMARUBA.

769. DECOCTUM

In dyſenteria præmiſſo purgante.

℞. *Cort. ſimarub. pulv.* dr. II.

Coque in libr. II. aquæ vel *cerevіſiae* ad remanentiam tertiæ partis, ſub finem adde

Flor. Pap. rhoeados manip. ſemis.

Colaturam divide in doſes quatuor, quæ tertia quaque hora ſumantur.

770. PULVIS

In eodem caſu, & colica habituali, & lienteria, & fluxu hepatico, præmiſſis aliis.

℞. *Pulv. cort. ſimarub.* dr. I ſemis.
Laud. liquid. gutt. III.

M. & divide in doſes VI.

Sumatur omni trihorio pulvis unus.

TAMARISCUS.

771. INFUSUM

Diureticum, roborans, vulnerarium in morbis viarum urinariarum, & rachitide.

℞. *Cort. tamariſci* unc. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ, ultimo ſemel ebulliat: Colat. libr. I. adde

Syrup. balſam. unc. I.

D. ſumat omni bihorio vaſculum.

SUC-

SUCCI.

ACACIA AEGYPTIACA

772. PILULAE

In diarrhœa, dyſenteria, lienteria &c. a laxitate præmiſſis præmittendis.

℞. *Succi acac. aegypt.* dr. I.
F. inde Pil. gr. III. Sumat omni trihorio unam, duas.

773. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Succi acac. aegypt.* dr. I ſemis.
Aq. Papav. rhoeados unc. V.
Syrup. granator. unc. ſemis.
M. ſumat omni hora cochlear.

CATECHU S. TERRA IAPONICA.

774. TABELLAE

In gingivarum laxitate, eroſione ſcorbutica.

℞. *Tabell. e ſucco Catechu fact.* dr. I.
D. ut tota die in ore volvat.

775. TROCHISCI

In eandem indicationem.

℞. *Terrae Japon.* dr. II.
Sacchar. albi unc. Semis.
Mucilag. gummi tragac. q. ſ.
F. trochiſci dr. ſemis.
Volvat conſtanter in ore.

776. ALII

In eundem ſcopum efficaciores & halitum commendantes, & defluxiones catarrhales inhibentes.

℞. *Terrae Japon.* dr. I ſemis.
Succi hypociſtidis.
Pulv. irid. florent. ana dr. I.
Sacchar. roſat. tabul. unc. I.
Mucilag. Gummi tragacanth. q. ſ.
ut F. Trochisci. Uſus priorum.

777. ALII

Halitum magis commendantes.

℞. *Terrae Japon.* dr. II.
Pulv. irid. florent. dr. ſemis.
Ambrae gryſ. gr. V.
Sacchari albi unc. I - III.
Mucilag. Gummi tragacanth. q. ſ.
ut F. Trochisci. Dentur uſui.

778. ALII

Stomachici & digeſtionem juvantes, incidentes pituitam.

℞. *Terrae japon.* dr. II.
Pulv. rad. irid. florent. dr. I.
Olei ſtillat. Cinnamom. gutt. VIII.
Sacchari albi unc. III.
Mucilag. gummi tragacanth. q. ſ.
ut F. Trochisci. Exhibeantur.

779. POTUS

Ordinarius in diarrhœa, dyſenteria a laxitate, etiam in febribus bilioſis.

℞. *Terrae japon.* dr. II.
Aq. fontan. libr. I ſemis.
S. Detur uſui.

780. INFUSUM

In iisdem caſibus.

℞. *Terrae japonicae* dr. II.
Flor. roſar. rubr. dr. III.
Infunde in ſ. q. aquæ, fervidæ per horam: Colat. libr. II. adde
Spiritus vitrioli q. ſ. ad gratam aciditat.
Syrup. Ribeſiorum unc. II.
D. uſui.

781. DECOCTUM

Ad defluxiones catarrhales.

℞. *Terrae japon.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ, ſub finem coctionis adde
Fol. ſalviae manip. ſemis.
Stent adhuc in digeſtione per quadrantem horæ. Colat. libr. II. adde
Syrup. diacodii unc. II.
D. ut ſumat omni hora vaſculum calide.

782. ALIUD

In febre intermittente cum diarrhœa roborans, antifebrile.

℞. *Terrae japon.*
Pulv. cort. peruv. ana unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam: Colat. libr. II. adde
Tincturae cinnamom. unc. I.
ſyrup. ribeſiorum unc. II.
M. Sumat ut prius.

HYPO-

HYPOCISTIS

ut Acacia præſcribitur.

OMPHACIUM

783. COLLUTORIUM

Ad ulcera oris humida ſcorbutica adſtringens.

℞. *Flor. roſar. rubr.*
— *Balauſt.* ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Omphacii unc. ſemis.
Syrup. cochlear. unc. II.

M. D.

784. VEL

In eodem caſu.

℞. *Vini rubri auſtr.* libr. I.
Digeſta mixta exhibe. Sumat ter de die guttas LX. ex vino generoſo.

MAGNESIA NITRI.

980. PULVIS

Acidum abſorbens ſimul eccoproticus pro puero.

℞. *Pulv. lap. cancror.* gr. VIII.
— *Magnes. alb.* gr. VI.

M. D. in lacte, & dentur tales de die duo.

981. ALIUS

Contra ſodam acidam.

℞. *Magnes. alb.* dr. I.
Pulv. lapid. cancror. dr. II.

M. F. pulvis dividendus in doſes VI. Sumat de die tres.

982. IDEM

Pro adultis acido laborantibus, hypochondriacis abſorbens.

℞. *Pulv. magnes. Nitri* ſcrup. I.
— *Lapid. cancror.*
— *Cinnabar. nativ.* ana gr. X.

M. F. pulvis, & dentur tales N. IV. Sumat duos de die.

983. HAUSTUS

Antacidus purgans.

℞. *Magnes. alb.* dr. I ſemis - II.
Syrup. mannat. dr. II.
Aquae naphae dr. ſemis.
— *communis* vel
— *Flor. perſicor.* vel
— *Theatae* unc. III.

Detur pro doſi.

984. EMUL-

984. EMULSIO

Eccoprotica præſente inflammatione danda, præcipue in ophthalmia, ſi alvum movere conducat.

℞. *Sem. 4. frigid. maj.* ana dr. I.

F. cum ſ. q. aquæ ſimplicis, vel perſicorum emulſio: Colat. libr. I. adde

Magneſiae Nitri unc. ſemis.

Nitri dr. I.

M. Sumat vaſculatim; vel adhuc addi poteſt

Syrup. mannat. unc. ſemis I.

NITRUM ANTIMONIATUM

Datur ut arcanum duplicatum.

SAL PRUNELLAE.

985. DECOCTUM, GANGARISMA

In ardore gonorrhœæ, & angina inflammatoria.

℞. *Decocti ſpecier. emoll.* libr. I ſemis.

Salis prunellae dr. I.

Syrup. de althæa unc. I.

D. uſui, utatur pro libitu.

SAL POLYCHRESTUS.

986. DECOCTUM

Solvens, obſtructiones reſerans.

℞. *Rad. Gram.*

— *Tarax.* ana unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per medium horæ: Colat libr. I. ſemis adde

Salis polychreſt. dr. II.

Syrup. rad. 5. aperient. unc. I ſemis.

M. Sumat omni hora calide vaſculum.

SPIRITUS NITRI ACIDUS,

Ut alia acida corroſiva dilutus datur.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

987. MIXTURA

Diuretica in urinæ ſuppreſſione a cauſa mucoſa, & in hydrope, ubi doſes augeri poſſunt.

℞. *Aq. ſtillat. petroſel.* unc. V.
Lap. cancror. citrat. dr. II.
Spirit. Nitri dulcis dr. I.
Syrup. Rad. 5. aperient. vel
Oxymellis Colchici unc. ſemis.

M. D. omni hora vel bihorio cochlear.

SAL COMMUNE.

Spec. SAL GEMMAE.

988. CLYSMA

Acre revellens in apoplexia, lethargo.

℞. *Salis gemmae quantum ſolvi poteſt* in unc. VIII. aquæ.
Injiciatur, & ſi opus repetatur.

989. ALIUD

Acrius.

℞. *Praecedentis muriae ſal. gemmae* unc. VI.
Extract. cathol. unc. ſemis.

M. & injiciatur.

SAL MARINUS.

990. FOMENTUM

Figens gangrænam.

℞. *Cort. peruvian.* unc. I.
Salis marin. unc. ſemis.

Coque in libris II. *vini rubri* per mediam horam.

D. S. pro fomento.

991. ALIUD

Ad ſugillationes reſolvens ſtimulans.

℞. *Summitat. abſinth.*
— — *anethi* ana manip. I.
Salis marin. dr. I ſemis.

Infunde per mediam horam ad cineres calidos in libr. II. *urinae ſanae:* remotis adde
Spiritus vini camphorat. unc. II.

Intingantur lintea, & calide applicentur.

992. ALIUD

In tumoribus frigidis glandularum.

℞. *Aq. marinae calefactae* q. ſ.

Applicetur ut prius.

993. VEL

℞. *Muriae ſalis marin.* libr. I.
Extract. cicutae unc. ſemis.

Digerantur, ſolvantur, ſolutis intingantur lintea, applicentur ut prius.

Præp. SAL DECREPITATUS.

994. CUCUPHA, SACCULI

In Hydrocephalo.

℞. *Herb. Meliſſae*
— *Salviae* ana manip. II.
— *Chamaepit.* manip. I.
Flor. Sambuc.
— *anthos.* ana manip. ſemis.
Salis decrepitat. unc. I.

M. F. pulvis groſſus inſuendus cucuphæ aut ſacculo. Sunt hæc renovanda ubi locus maduerit.

SPIRITUS SALIS MARINI.

995. LIQUOR

Antiſepticus in ſcorbuto aquatico ſpecificus.

℞. *Spiritus ſalis marin.* dr. I.
Succi citri dr. ſemis.

D. ut locus mediante linteo hoc madido tangatur, abluatur cavendo dentes.

996. LINIMENTUM

In eodem caſu.

℞. *Mellis* unc. I.
Spiritus ſalis marin. dr. ſemis I.

M. penicillo locus ſæpe tangatur.

997. MIXTURA

Lythontriptica, proficua etiam in urinæ ſuppreſſione.

℞. *Aq. foenicul.* unc. VIII.
Lap. cancror. citrat. dr. I ſemis.
Spiritus ſalis dr. I.
Syrup. diaſereos dr. VI.

M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

998. SPIRITUS

Topicus in arthritide fixa, paralyſi, etiam diſcutiens reſolvens tumores duros calcarea materie refertos.

℞. *Salis commun.* unc. II.
Olei vitrioli unc. I.
Olei terebinth. unc. II.

F. l. a. deſtillatio. Depuratus ab aqua Spiritus detur uſui, inungatur hoc pars, aut pannis eodem gravidis foveatur.

SPIRI-

SPIRITUS SALIS DULCIS.

999. GUTTULAE

Carminativæ anodynæ in flatibus & doloribus inteſtinorum, dum nulla adeſt inflammatio.

℞. *Spirit. ſalis dulc.* dr. I ſemis.
Liq. anod. miner. dr. I ſemis.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XV.

M. Sumat guttas XXX. bis, ter, & pluries de die in Saccharo.

SAL MIRABILE GLAUBERI.

1000. AQUA

Purgans.

℞. *Salis mirab. Glaub.* unc. ſemis-dr. VI. unc. I.
Aquæ fontis libr. I ſemis.

Sumat tribus vicibus matutino tempore, ſic etiam ſolvi in *ſero lactis* poteſt, in Limonada, & ſumi eodem modo.

1001. HAUSTUS

Eccoproticus purgans.

℞. *Salis mirab. Glaub.* dr. VI.
Seri Lactis vinos. fervent. unc. III.

Detur pro hauſtu.

1002. VEL

℞. *Salis mirab. Glaub.* unc. I.
Limonadae unc. IX.

Detur uſui. Sumat tribus vicibus.

1003. PULVERES

Incidentes diuretici ſalini.

℞. *Salis mirab. Glaub.*
Nitri puri ana gr. XV.

M. F. pulvis, & F. tales No. IV. ſuperbibendo potum theatum, vel aquas medicatas.

1004. MIX-

1004. MIXTURA

Concentrata attenuans ſpiſſos humores, & ad excretionem diſponens, Leucophlegmaticis, Hydropicis conveniens.

℞. *Muriae ſalis mirab. Glaub.* unc. II.
Liquor de tribus unc. I.

D. Sumantur guttæ L. LXX. & plures ter de die.

1005. ALIA

In iisdem caſibus leniter purgans, aliquando diuretica.

℞. *Muriae ſalis mirab. Glaub.* unc. II.
Liquor. de tribus unc. I.
Maſſae pil. Becherian. dr. I.

Digerendo in calore ſolvantur. Sumat guttas XL. L. & ultro bis, ter de die.

SAL DIGESTIVUS SYLVII.

1006. PULVIS

In glutine ventriculi, & ante febrium intermittentium paroxiſmum dandus.

℞. *Pulv. ſalis digeſtiv. Sylv.*
— *Salis ammoniac.* ana gr. XV.

M. F. pulvis & tales No. VI. D. uſui.

1007. MIXTURA

Concentrata in leucophlegmatia, & Hydropis diverſis ſpeciebus.

℞. *Muriae ſalis digeſtiv. Sylvii* unc. IV.
Elect. diacori
Mitridatii ana dr. I.

Leni calore digerantur, digeſtis adde
Liquoris viſceralis dr. II.

M. Sumat bis, ter de die cochlear. I.

TER-

TERRA FOLIATA TARTARI.

1008. HAUSTUS

Lentos, & pituitoſos humores ſolvens, deobſtruens, etiam diureticus.

℞. *Succi depurat. fumar.* unc. III.
Terrae foliat. tart. dr. ſemis.
Syrup. rad. 5. aperient. dr. VI.
M. F. hauſtus, & talis ſumatur per ſex dies omni mane.

1009. MIXTURA

Concentrata ad reſolvendum coagulum phlogiſticum in iis, qui in inflammationem proni ſunt, tum coagulum atrabiliarium.

℞. *Succi expreſſ. portulac.* unc. II.
Terrae foliat. tartar. quantum in ſucco ſolvi poteſt,
Saturatis adde
Extract. ſaponar. dr. I.
Leni adhuc calore digerantur, ſolvantur. Sumat bis, ter de die in vaſculo ſeri lactis cochlear I. II.

1010. ALIA

In uteri cauſa mucoſa, reſtitantibus menſtruis, fluore albo &c.

℞. *Liq. terrae foliat. tart.* unc. I.
Pulv. ſuccini
— *Maſtichis*
— *Myrrhae* ana dr. ſemis.
Digerantur leni calore, digeſtis adde
Elixir. ſtomach. temperan. dr. II.
Liq. anodyn. miner. dr. I.
M. Sumat ter de die guttas LX.

1011. ALIA

1011. ALIA

In potum, atram bilem ſolvens.

℞. *Muriae terrae foliat. tart.*
Muſti recentis ana unc. II.
Seri lactis libr. II.

Abſumat de die, vel matutino tempore.

1012. GUTTULAE

Incidentes digerentes in muco primarum viarum.

℞. *Liq. Terrae foliat. Tartar.* dr. I ſemis.
Tinct. Rhabarb. dr. I.

M. Dentur gutt. LX. LXX. pro doſi in vehiculo grato.

1013. DECOCTUM

Antiphlogiſticum in morbis inflammatoriis.

℞. *Herb. Lactucae* manip. II.

Coque in ſ. q. aquæ vel *ſeri lactis*
Colat. libr. II. adde
Terrae foliat. tart. dr. II.
Syrup. Ribeſior. unc. II.

Sumat pro lubitu, ita, ut totum de die abſumatur.

TARTARUS TARTARISATUS.

1014. DECOCTUM

Solvens in ictero, obſtructionibus, melancholia.

℞. *Taraxaci cum toto* manip. I.
Rad. ſcorzoner. unc. I.

Contuſa coque in ſ. q. aquæ per horam: Colat. libr. II. adde
Tart. tartariſat. dr. III.
Roob ſambuc.
Syrup. rubi idaei ana unc. I.

M. Abſumat de die vaſculatim.

1015. VEL

1015. VEL

℞. *Melon. aquat. cum ſeminibus abjecto. cort.* No. I.
Contus. coq. in ſ. q. *ſeri lactis:* Colat. libr. III. adde
Tart. tartariſat. dr. III.
Succi Ribium unc. ſemis.
Syrup. Ribium unc. II.
M. Sumat ut prius.

SAL SEGNETTI.

1016. PILULAE

Detergentes ſaponaceæ deobſtruentes, & mucum incidentes.

℞. *Sal. Segnetti*
Sapon. venet.
Extract. fumariae ana dr. I.
M. F. Pilulæ gr. III. Sumat ter de die IV.

1017. GUTTULAE

In eundem ſcopum.

℞. *Muriae ſalis Segnetti* unc. I.
Extract. fumariae dr. III.
Hydromellis unc. ſemis.
Digerantur ad cineres calidos.
D. ut Sumat de die ſeptuaginta.

1018. POTIO

Purgans.

℞. *Salis Segnetti* unc. I.
Aq. Decoct. Hord. fervent.
vel
Aquae theatae unc. X.
Elaeoſacchari citri dr. I.
D. Sumatur tribus vicibus.

TAR-

TARTARUS SOLUBILIS.

1019. ELECTUARIUM

Detergens, ſolvens mucum, in morbis pituitoſis valens.

℞. *Mellis* unc. I.
Tart. ſolubil. dr. III.
Extract. trifol. fibrin.
— *Saponar.* ana dr. I.
Liquor. anod. miner. gutt. L.

M. F. electuarium. Sumat bis, ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

1020. HAUSTUS I

Incidens ſalinus diureticus in Hydrope.

℞. *Tart. ſolubil.* dr. I.
Aq. ſtill. Juniper. unc. II.
Spirit. Nitri dulcis gutt. XV.
Roob Juniperi dr. I.

Detur pro hauſtu. Repetatur bis, ter de die.

1021. HAUSTUS II

Fortior.

℞. *Tart. regenerat.* dr. I.
Tinctur. cantharid. gutt. X.
Spirit. Nitri dulcis gutt. XV.
Oxymellis Colchici unc. ſemis.
Aq. ſtill. Juniper. unc. III. ſemis.

Detur ut prior.

ANIMA-

ANIMALIA.

FORMICA.

1022. BALNEUM

In Paralyſi, artuum tremore, atrophia, nervinum, roborans, irritans.

℞. *Nidi formic. cum formicis* q. vis.
Roris marin. ſylv. contus. faſcic. IV.
Salis communis unc. III.
Aq. thermalis calentis vel
— *fervidae ſimplicis* q. ſ.

Pars affecta huic immergatur, immerſa per horam teneatur, id bis, ter de die repetatur. Poſſunt & eædem ſpecies coctæ inter lintea applicari, vel ſequenti inungi.

1023. LINIMENTUM

℞. *Spirit. formicar.*
— *Camphorat.* ana unc. ſemis.
Unguenti agryppae vel
— *paralytici* unc. I ſemis.

M. D. uſui.

1024. ALIUD

Dolentibus a Rheumatismo, Arthritide partibus, profligato jam morbo, illiniendum.

℞. *Spiritus formicarum* unc. ſemis.
Unguent. nervini unc. I.

M. & exhibe.

1025. MIXTURA

In Paralyſi, artuum tremore, debilitate ſenſuum interne danda.

℞. *Spirit. formicar.* dr. II.

Liquor. C. C. ſuccinat. dr. I.

Liquoris viſceralis dr. ſemis.

M. D. Sumat guttas XXX. L. ſuperpotando infuſum aromaticum, vel potum theatum Aniſi ſtellati.

1026. ALIA

In linguæ paralyſi.

℞. *Spirit. formicar.* unc. I.

— *ſerpylli* unc. ſemis.

Olei ſtill. rutae dr. ſemis. I.

M. exacte, detur uſui, ut lingua inungatur, & perfricetur.

OLEUM ANIMALE DIPPELII.

1027. GUTTULAE

In Epilepſia ſymptomatica a cauſa humorali, in morbis convulſivis ſpasmodicis ab eadem cauſa, anodynæ diſcutientes diaphoreticæ, valentes etiam in arthritide vaga, & podagra abſente febre.

℞. *Olei animal. Dippelii* dr. I.

Sumat guttas X. XV. XX. etiam plures in ſaccharo, ſuperpotando jusculum, potum calidum theatum.

1028. ALIAE

Fortiores in motibus convulſivis.

℞. *Olei animal. Dippel.* dr. I.
— *Succini* gutt. XX.
Liq. anod. miner. Hoff. dr. ſemis.
M. D. guttæ, eodem modo, ut prius ſumantur.

1029. ESSENTIA

In iisdem.

℞. *Olei animal. Dippel.*
Spiritus vitrioli ana dr. ſemis.
Liq. anod. miner. Hoff. unc. ſemis.
Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ per horam, refrigeratis adde
Sacchari ad gratiam
D. Sumat gutt. XXX. in vehiculo conveniente.

1030. LINIMENTUM

Ad tubercula arthritica, exoſtoſes, tophos, glandulas induratas, tum in tetano, & ejus ſpeciebus ſpinæ dorſi inungendum.

℞. *Olei animal. Dippel.* q. v.
Hoc partes inungantur.

1031. VEL

Fortius in iisdem caſibus.

℞. *Olei animal. Dippel.* unc. I.
Salis Tart. volatil. dr. III.
Unguent. nervini unc. ſemis.
M. D. ut prius.

CLASSIS SEPTIMA

INSPISSANTIUM.

INSPISS. PLASTICA.

CACAO.

1032. CHOCOLADA SANITATIS

Nutriens, demulcens, acrimoniam involvens, morbis pectoris aſperis, conſumptivis utilis.

℞. *Paſtae cacao caraque* libr. I.

— — *inſularum* unc. III.

Sacchari albiſſ. pulv. libr. I.

F. l. artis tabellæ ordin. Chocoladæ.

Sumat I. ſingulis diebus cum lacte, aut lactis cremore.

1033. ALIA

In iisdem caſibus.

℞. *Paſtae cucao caraq.* libr. II.

— — *inſular.* unc. II. ſemis.

Sacchari roſat. pulv. libr. II.

Styracis calamith. pulv. dr. II.

F. l. a. Tabulæ. Sumat omni die unam cum aqua.

1034. ALIA

In iisdem caſibus, maxime in phthiſi valens.

℞. *Paſtae Cacao caraq.* libr. I.
— — *inſular.* unc. III.
Sacchari albi ſubtiliſſ. pulv. libr. I.
Pulv. ſubtil. Roſar. rubr.
— — *Croci*
— — *Hederae arbor.* ana dr. II.
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Balſam. Tolutan. unc. I.

M. F. l. a. Tabulæ ord. Chocoladæ.

Sumat omni die unam cum aqua.

1035. TABULAE

In iisdem caſibus.

℞. *Paſtae recent. cacao* unc. II.
— *Althaeae* unc. I.
Croci ſubtiliſſ. pulv. dr. I.
Balſam. peruv. dr. II.

Miſce exacte, & fiant l. a. tabulae dr. ſemis. Sumat ter de die I.

1036. EMULSIO

Acrimoniam involvens antiphthiſa, in calore hectico nutriens.

℞. *Sem. Amygd. dulc.* unc. ſemis.
Cacao dr. II.
F. l. artis in ſ. q. aquæ vel *lactis* emulſio: Colat. libr. I ſemis adde
Sacchari q. ſ.
Sumat pro lubitu.

1037. DECOCTUM

In iisdem caſibus.

℞. *Sem. amygdal. dulc.*
— *Cacao* ana unc. ſemis.

Contuſa coque in ſ. q. *lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Sacchari albiſſ. unc. ſemis.

Sumat, ut prius.

Pauperibus ſurfures cacao lacti incoqui poſſunt.

1038. TABULAE

Antivenereæ, etiam in male tractata gonorrhœa utiles, tum antarthriticæ demulcentes nutrientes.

℞. *Paſtae cacao caraque.*
Sacchari albiſſ. pulv. ana unc. I ſemis.
Antimon. crud. ſubtiliſſ. pulveriſati & puriſſimi unc. ſemis.
Pulv. ſubtiliſſ. ligni guajaci dr. VI.
— — *Cinnamomi* dr. II.

L. a. bene mixta redige in tabellulas drachmæ ſemis pondere, inſpergantur Aniſo ſaccharato, exſiccentur. Sumat duas, tres de die.

GUMMI ARABICUM

1039. PULVIS

In abraſo Cardiæ, ventriculi, inteſtinorum muco, & inde dependentibus morbis, in tuſſi acri, urinæ urente ſtillicidio, doloribus calculi.

℞. *Pulv. gummi arab.* dr. ſemis-I.

F. tales No. IV. Sumat duos de die in juſculo calido.

1040. MIXTURA

In iisdem caſibus.

℞. *Aq. decoct. hordei* libr. I.

Gummi arabici dr. I.

Solutis adde

Syrup. diacodii unc. I.

Sumat ex indigentia, pro libitu repetatur.

1041. HAUSTUS

In iisdem caſibus.

℞. *Olei Amygdal. dulc.* dr. II.

Mucilag. Gummi Arab. aq. Pap. rhoead. extract. dr. I.

In mortario triturando bene commixtis ſenſim aſfunde

Aq. pap. Rhoeados unc. I.

Ut F. Emulſio pro hauſtu.

1042. MIXTURA

In oris, ventriculi, inteſtinorum exulceratione demulcens balſamica.

℞. *Gummi Arabici*

Balſam. copaivae ana dr. II.

intime in mortario bene triturando mixtis ſenſim emulgendo affunde

Aq. ſtill. Pap. rhoeados unc. II.

Sumat omni hora cochlear. Repetatur.

1043. ALIA

Conveniens in phthiſi.

℞. *Gummi Arab.*
Balſam. tolutani ana dr. I.

intime in mortario ſubactis ſenſim affunde ſub continua piſtilli actione.
Aq. Decocti hordei unc. I ſemis.

Sumat omni hora cochlear. Repetatur.

1044. ALIA

In morbis aſperis pectoris.

℞. *Spermat. Ceti* dr. ſemis.
Balſam. peruv. gutt. X.
Mucilag. Gummi Arab. aq. Hyſſop. extract. dr. I.

Exacte & diu in mortario ſubactis adde miscendo.
Aq. ſtill. Hyſſop. unc. II.
Syrup. de Hyſſop. dr. II.

Misce adhuc, & exhibe.

Sumat ut ante.

1045. ALIA

In ſudoribus nimiis & colliquativis cum debilitate, & virium proſtratione.

℞. *Balſam. peruviani* ſcrup. I.
Spirit. ſalviae ſupra folia denuo infuſi dr. II.
Mucilaginis gummi arab. aq. ſalviae extract. dr. I.
Syrup. de Roſis ſiccis unc. ſemis.

Misce agitando, & triturando ſenſim adde
Aq. ſtill. ſalviae unc. IV.

Sumat omni dimidia hora cochlearia duo vel F. hauſtuli duo.

1046. VEL

1046. VEL

Paulo aliter, ſi vinoſa non contra indicarentur.

℞. *Balſam. peruv.* ſcrup. I.
Spiritus ſalviae dr. I.
Mucilag. gummi arab. dr. ſemis.
Syrup. ſalviae dr. I.
Hydromellis unc. II.

M. agitando exacte, & exhibe cochleatim, prout videbitur & repetatur.

1047. CLYSMA

In alvo colliquativa phthiſicorum.

℞. *Terebinth. venet.*
Mucilag. gummi arab. unc. ſemis.

Exacte in mortario aliquantulum calido ſubactis ſenſim adde miſcendo
Lactis fervidi unc. IV.

Mixta tepida injiciantur. Repetatur.

1048. DECOCTUM

Inviſcans in dyſenteria, aliis morbis, faucium, oris, ventriculi, inteſtinorum ab abraſo muco.

℞. *Gummi arabic.* unc. ſemis.
Hord. mundati unc. I.

Coq. in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colaturam libr. II. exhibe.

vel adde pro re nata
Syrup. diacod. vel
— *de Althaea* vel
Succi portulac. unc. I.

D. Sumat vaſculatim.

1049. CLYSMA

In teneſmo ab acri.

℞. *Lactis calidi* unc. X.
Opii puri gr. II.
Mucilag. G. Arabic. unc. I.

Divide in duas partes, injiciantur.

GUMMI CERASORUM, GUMMI TRAGACANTHAE.

Ut Gummi arabicum præſcribuntur.

1050. COLLYRIUM

Demulcens inviſcans in morbis oculorum ſiccis, in tarſorum exulcerationibus, ſtillicidio humorum acri.

℞. *Lactis* vel
Decocti emollientis unc. VI.
Gummi Tragacanthae dr. ſemis-I.

Hoc partes foveantur, etiam aliquid oculo immittatur, poteſt etiam fieri ſaturatius.

ICHTHYOCOLLA.

1051. CLYSMA

In dyſenteria dolorifica ab abraſo muco obliniens anodynum.

℞. *Rad. althaeae* unc. ſemis.
Flor. Chamomillae
— *Pap. rhoeados* manip. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Ichtyocollae dr. II.

Divide in Clysmata duo, quæ tepide injiciantur.

LI-

LIQUIRITIA.

1052. CONDITUM

In doloribus ſabuli nephritici, calculi obliniens, demulcens.

℞. *Pulpae Caſſiae* vel
Mannae unc. I.
Pulv. liquirit. unc. ſemis.
Syrup. diacodii q. ſ.

Ut F. conditum, ſumat omni hora ad nucis juglandis magnitudinem.

1053. PILULAE

In eodem caſu.

℞. *Terebinth. recent. coct.*
Pulv. rad. liquirit.
Mannae elect. ana dr. II.

M. F. Pilulae gr. III. Sumat omni trihorio quinque.

1054. DECOCTUM

In tuſſi acri tenui inſpiſſans leniens.

℞. *Siliq. dulc.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, ſub finem adde
Flor. Pap. rhoeados manip. ſemis.
Rad. liquirit. raſae unc. ſemis.

Colat. libr. I ſemis adde
Syrup. diacodii unc. I.

Sumat omni hora vaſculum.

1055. PA-

1055. PASTA LIQUIRITIAE

Cum Gummi Arabico Officinis inducenda majoribus ſumptis doſibus, & aliis, formanda in morſulos in iisdem caſibus valens.

℞. *Gummi Arab. ſelect. in Aq. naphae ſoluti* unc. V.

Cola, & ſolve in hac

Sacchari albiſſimi unc. III.
Extract. liquirit. primae infuſ. unc. II.

Inſpiſſatis in balneo mariæ in conſiſtentiam mellis adde

Pulv. irid. florent. gr. XV.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.

Miſceantur; maſſa ad conſiſtentiam ſolidam apta ſupra porphyritem inunctum effundatur, extendatur, cogatur in morſulos ſingulos dr. I. exſiccentur. Sumat duos, tres, quatuor de die maxime infeſtante tuſſi. Alii ſerventur bene clauſi.

1056. ALIA

In catarrhis demulcens incidens, eodem modo paranda.

℞. *Extract. liquirit. per infuſ.* unc. III.
Gummi arabic. ſelect. unc. VIII.
Sacchari albiſſ. unc. IV.
Pulv. ſummitat. Hyſſop.
— *irid. florent.* ana dr. ſemis.

Paſtæ debitæ inſpiſſatæ ſub finem adde

Laud. liquid. Sydenh. gutt. LX.

Maſſa in conſiſtentiam debitam redacta efformetur in morſulos dr. ſemis, exſiccentur & vaſe clauſſo aſſerventur. Sumat infeſtante tuſſi I, & ſic aliquos de die.

1057. ALIA

1057. ALIA

Cum farfara, demulcens, incraſſans.

℞. *Fl. recent. farfarae* unc. II.

Coque in ſ. q. aquæ ad libr. ſemis, ſub finem adde

Sem. contus. Aniſi dr. II.

In colatura ſolve

Extracti liquirit. q. ſ.

Inſpiſſatis in balneo mariae adde, ſi vis

Laud. liq. Sydenh. gutt. XXX.

F. Trochiſci exſiccandi ut prius.

OVORUM ALBUMEN.

1058. MIXTURA

Obvolvens incraſſans in diarrhœa, dyſenteria, ex humorum denuitate, acrimonia.

℞. *Aq. Pap. rhoeados* libr. I.
Album. ovi No. I.

Conquaſſatis adde

Syrup. de Alth. Fernel. unc. I.

M. Sumat omni hora cochlear.

1059. CLYSMA

In eodem caſu.

℞. *Specier. Decoct. emmollient.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ

In Colatura libr. I. conquaſſa

Album. ovi No. I. II.

Divide in duo clysmata D.

1060. LI-

1060. LINIMENTUM

Defenſivum in excoriationibus.

℞. *Album. ovor.* dr. I.

Butyri cacao dr. II.

M. D. uſui.

OVORUM VITELLUS.

1061. CATAPLASMA

Crudum ad tumores glandularum maturans.

℞. *Gummi Ammon.* unc. ſemis.
Terebinth. dr. II.
Vitelli ovor. q. ſ.

F. l. a. Cataplasma. Imponatur.

Nota, in præſcriptionibus internis, mixturis, electuariis nauſeoſum, inflantem & ventriculi vires disjicientem vitellum eſſe, Gummi Arabicum illi præferendum.

SARSAPARILLA.

1062. DECOCTUM

Antarthriticum, antivenereum, ad dolores nocturnos, ſcabiem veneream, emaciationem, ulcera &c.

℞. *Rad. recent. ſuccul. ſarſapar.* unc. III.
Aq. fluviatilis menſur. III.

Coque ad libr. II. ſub finem addendo

Rad. liquirit. raſae unc. ſemis.

Abſumat de die calide vel frigide. Repetatur.

SE.

SEBESTEN.

1063. DECOCTUM

In tuſſi acri, raucedine.

℞. *Sebeſt. exemptis nucl.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. ſemis adde

Syrup. diacod. unc. I.

D. Sumat omni hora vaſculum.

SPERMA CETI.

1064. BOLUS

In morbis aſperis pectoris, inteſtinorum, viarum urinariarum exulcerationibus.

℞. *Spermat. Ceti.*
Conſervae flor. verbaſc. ana ſcrup. I.

M. F. Bolus & tales IV. dentur duo de die.

1065. ELECTUARIUM

In iisdem caſibus, etiam in diarrhœa, dyſenteria ab acri demulcens incraſſans.

℞. *Spermatis Ceti* dr. III.
Mucilag. gummi arab. aq. naphae extract. dr. II.

Subactis adde interterendo

Syrup. diacodii unc. I.

Intritis adde

Boli armen. unc. ſemis.
Laud. liq. Sydenh. gutt. XX.

F. Electuarium, de quo ſumat quater de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

1066. LIN-

1066. LINCTUS

Demulcens, anodynus in tuſſi acri vel ſicca.

℞. *Spermatis Ceti*
Mucilag. Gummi arab. aq. Pap. rhoead. extractae ana dr. I.
Syrupi diacodii unc. I.
— *de althaea* unc. ſemis.

Exacte ſubacta exhibe, ut æger ſubinde lingat.

1067. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Spermat. Ceti*
Mucilag. Gummi Arabic. aq. Hyſſopi extractae ana dr. I.
Syrup. diacodii unc. I.

exacte in mortario & diu ſubactis ſenſim adde
Aquae decoct. hord. unc. VIII.

Sumat omni hora cochlearia duo. Repetatur.

1068. PASTA

De ſpermate Ceti demulcens, obliniens tum excoriatas partes, ventriculi inteſtin. tum pulmonis a tuſſi.

℞. *Spermatis Ceti opt.*
Mucilag. Gummi Arabic. ana unc. ſemis I.

Subige diligenter in mortario in paſtam. Detur uſui. Quæ interne dari poteſt in bolis dr. ſemis doſi, vel etiam emulgeri in ſpeciem emulſionis, utilis in primarum viarum excoriationibus, pectoris aſperitatibus ſequenti modo

℞. *Paſtae praecedentis* unc. I.
Syrup. papav. albi unc. I ſemis.
Decocti hordei libr. I.

Emulge triturando.

Sumat omni hora vaſculum. Repetatur.

1069. VEL

Alia etiam anodyna in doloribus nephriticis.

℞. *Spermat. Ceti opt.*

Mucilag. Gummi arab. ana unc. I.

Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.

Subige diligenter in mortario, & æquabiliter miſce. Uncia una hujus emulgeri poteſt, ut prior. Uſus prioris.

1070. VEL

Alia aliquantulum gratior ſimul anodyna.

℞. *Sperm. Ceti optim.*

Mucilag. gummi arab. aq. naphae vel aliae extractae. ana unc. ſemis.

Laud. liquid. Sydenh. gutt. XV.

Subige ut priorem. Uſus idem.

1071. LINIMENTUM

Emolliens cruſtas varioloſas, & a cicatricibus præſervans.

℞. *Spermatis Ceti* dr. II.

Butyri Cacao dr. I.

Mucilag. gummi Arabic. aq. roſar. extract. dr. III.

Subigantur terendo diu in mortario. D. uſui.

INSPISS. COAGULANTIA.

ALCOHOL.

1072. SPIRITUS

Ad ſtillicidia lymphatica, hæmorrhagias ſiſtendas, dentium gingivarum vaſorum minimorum.

℞. *Alcoholis opt.* unc. II.

Exhibeatur, ut plumaceoli intincti applicentur parti.

Alia vide in MATERIA MEDICA.

In tenuitate ſanguinis nimia utatur moderate ſpirituoſis.

INSPISS. ANTACIDA. ABSORB.

CANCRORUM CHELAE inutiles. CANCRORUM LAPIDES.

1073. PULVIS

Abſorbens acidum primarum viarum.

℞. *Pulv. lapid. cancror.* dr. I.

D. juniori ætati quantum cuſpide cultelli capi poſſit aliquoties de die in pulte, lacte, aqua mellita, adultus ſumat duabus doſibus.

1074. VEL

℞. *Pulv. lapid. cancror.* dr. I.
Elaeoſacchari cinnamom. ſcrup. I.

Divide in doſes duas, & ſumat per diem.

1075. ALI-

1075. ALIUS

Diureticus.

℞. *Lapid. cancror. Pperat.* ſcrup. I.
Tartar. praep.
Nitri puri ana gr. X.

M. F. pulvis, & dentur tales No. IV. Sumat duos de die.

1076. VINUM

Medicatum reſolvens diureticum in glandularum infarctu, teſtium induratione &c.

℞. *Pulv. lap. cancror. aceto ſaturat.* unc. ſemis
Vini auſtriaci libr. II.

Stent in digeſtione fervida, vas ſæpius concutiendo, per quatuor horas.

D. ut æger ſumat ter, quater de die vaſculum cum corporis exercitio & fotu partis ex emplaſtro de Cicuta.

1077. MIXTURA

In iisdem caſibus.

℞. *Pulv. lapid. cancror.* dr. I.
Salis tart. ſcrup. ſemis.
Aceti deſtillat. q. ſ.

Perfecte ſaturatis adde
Aq. ſtill. foeniculi unc. X.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. ſemis.

M. D. cochleatim.

1078. HAUSTUS

Antiemeticus.

℞. *Pulv. lap. cancror.* dr. ſemis.
Succi limonior. unc. ſemis.

Sumat in actu effervefcentiæ.

1079. MIXTURA

Similis in continua nauſea, & vomituritione a bile, muco.

℞. *Pulv. lapid. cancror.* dr. I.
Succi citri unc. ſemis.
Saturatis adde
Aq. ſtill. menthae unc. V.
Syrup. diacodii unc. ſemis.
M. detur infeſtante nauſea cochlear unum, donec ceſſet.

COCHLEAE TESTAE.

1080. PULVIS

Præſervans a calculo renali.

℞. *Pulv. teſtar. cochleae* dr. ſemis.
D. pro doſi, & dentur tales No. IV. Sumat II. per ſeptimanam.

1081. LIQUOR

Ad hæmorrhagias, & ſanguinis ſputa ab humorum diſſolutione pendentibus.

℞. *Cochleas vivas parvas plantis inſidentes* q. ſ.
Conſervae violarum dr. I.
Contunde omnia in mortario, & ex linteo include, exprime liquoris unc. IX. cujus unc. III. mane, totidem ante prandium, & veſperi ante cœnam ultimas ſumat.

OSTRACODERMATA.

1082. PULVIS

In Rachitide abſorbens roborans.

℞. *Pulv. Oſtracodermat.*
— *rad. rubiae tinctor.* ana dr. I.
Sumat infans ter de die quantum cuſpide cultelli capi poteſt in pulte, lacte &c.

1083. TROCHISCI

In eodem caſu pro infantibus.

℞. *Pulv. Oſtracoderm. pptor.*
— *ſubtiliſſ. rub. tinctor.* ana unc. ſemis.
— — *Cinnamomi.* ſcrup. I.
— — *Sacchari alb.* unc. II.
Mucilag. gummi tragacanth. aq. Cinnamom. extractae q. ſ.

Formentur Trochiſci dr. ſemis, exſiccentur, ut in pulv. redacti ſumi poſſint, vel in pulte, vel in lacte, ut de pulvere dictum.

1084. ALII

In eodem caſu pro pubeſcentibus, & adultis.

℞. *Pulv. oſtracoderm. ppt.*
— *ſubtiliſſ. rub. tinctor.* ana unc. I.
— — *terrae Japon.* dr. II.
— — *Cardamom. minor.* dr. I. II.
— — *Sacchar. alb.* libr. I.
Mucilag. G. tragacanth. aq. Naphae extract. q. ſ.

Formentur trochiſci, ut prius dr. ſemis.
Sumat II. III. IV. de die.

1085. POTUS

Lythontripticus.

℞. *Oſtracoderm. recent. calcinat.* unc. II.
Extinguatur hæc calx in
Aq. ſtillat. foenicul. libr. I.

Stet adhuc in digeſtione ſæpe agitando, colata detur uſui. Abſumat per diem 4 vicibus. Poteſt addi Syrupus ad gratiam.

Nota, ſi extinguatur in vino acido, diureticum habes reſolvens, ut de lapidibus cancrorum dictum eſt.

OSTRACITES.

1086 PULVIS

Sabulum nephriticum, & lapillos pellens cum dolorum levamine.

℞. *Pulv. oſtracit.*
— *ſem. ſaxifragae* ana ſcrup. I.
M. F. pulvis, & tales No. IV. Sumat duos de die in vino tenui albo vel alio vehiculo.

1087. VINUM

In eodem caſu.

℞. *Pulv. oſtracit.* unc. I.
Flor. Chamomill. manip. ſemis.
Vini albi aciduli libr. I ſemis.
Infunde per quatuor horas, de Colatura ſumat ter de die vaſculum.

INSPISS. ANTALCALINA EX VEGETABILIBUS

ACETOSELLA.

1088. POTUS ORDINAR.

In febribus bilioſis putridis.

℞. *Herb. acetoſell.* manip. II.
Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Syrup. Ribeſior. vel
— *de acetoſitat. citri* unc. II.
Bibat continuo.
Nota, etiam in aliquibus caſibus acui ſpiritu vitrioli poſſe.

1089. SUC-

1089. SUCCUS

Scorbuticis utilis.

℞. *Herb. Acetoſell.*
— *Acetoſ.*
— *Beccabung.* ana q. ſ.

Ut exprimatur ſuccus libr. ſemis. clarific. Abſumat matutino tempore, edulcorari poteſt Syrupo.

1090. CONSERVA

In eodem caſu.

℞. *Herb. recent. acetoſell.*
— — *acetoſae* ana unc. ſemis.
Sacchari alb. q. ſ.

Ut F. Conſerva. D. uſui.

1091. ELECTUARIUM

In eodem caſu totum acidum.

℞. *Herb. recent. acetoſell.*
— — *acetoſae* ana unc. ſemis.

Conciſis contuſis adde
Salis acetoſell. dr. I.
Syrup. de acetoſitat. citri q. ſ.

M. D. elect. quod de die abſumat.

TARTARUS.

1092. PULVIS

In ſaburra bilioſa putrida alcalina primarum viarum.

℞. *Tart. depurat.* dr. ſemis.

D. Sumendus in vaſculo theato calide, vel juſculo calido.

Praep. CREMOR TARTARI.

1093. PULVIS

In Hydrope omni, in Leucophlegmatia.

℞. *Cremor. tartari* unc. ſemis.

D. pro doſi, & tales No. XXX. Sumat omni mane doſim unam in jusculo, aut potu theato calido, aut decocto aperitivo majore, nec obſtat febris, nec alia. Vid. MENGHINI *in Actis Bononienſibus.*

CRYSTALLI TART. VITRIOL. LANGII

Officinis inducendae.

SPIRIT. VITRIOLI TARTARISATUS

Officinis inducendus.

Horum conficiendi modum vid. in MATER. MED.

EX FOSSILIBUS.

SULPHUR.

1094. PULVIS

In acrimonia alcalina obvolvens, demulcens, perſpirationem augens.

℞. *Pulv. lap. cancror.* dr. III.
Flor. Sulphuris dr. II.

M. divide in doſes VI.
Sumat duas de die.

1095. ALIUS

In ſcabie, efflorescentiis cutaneis, arthritide, rheumatiſmo.

℞. *Stib. diaphoret. non ablut.* dr. II.
Lapid. cancror. dr. VI.
Sulphuris dr. III.

M. F. pulvis tenuiſſimus. Sumat bis de die dr. I.

1096. ALI-

1096. ALIUS

In prophylaxim podagræ, & ad remorandum paroxyſmum.

℞. *Flor. ſulphuris.* dr. I.

F. pulveres II. Dentur uſui.

Sumat omni mane unum in cochleari lactis, ſuperbibendo infuſum Salviæ.

1097. VEL

℞. *Flor. ſulphuris* dr. ſemis.
Camphorae gr. I.

M. D. ut prius pro doſi, & tales ſumantur omni die II. Superbibendo *ſerum lactis* vinoſum. Poſſunt etiam adjectis aliis gratiores fieri.

1098. ALIUS

In alvo dura ex hæmorrhoidibus cæcis utilis.

℞. *Sulphuris* unc. I.

F. pulvis ſubtiliſſimus, cujus ſumat parvum cochlear coffée ſemel, bis, ter de die.

1099. ALIUS

In Salivatione nimia.

℞. *Sulphuris* unc. ſemis.
Salis polychreſt. dr. I.
Trochisc. alchandal. gr. III.

M. F. pulvis. Sumat bis, vel ter de die parvum cochlear Coffée; poteſt etiam cum conſerva dari in bolo.

1100. ALIUS

In morbis pectoris expectorans, in aſthmate, tuſſi tenaci.

℞. *Sulphuris* gr. XV.
Flor. benzoes gr. III.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI. Sumat II. de die.

1101. PULVIS, BOLUS

Ad dolores venereos & ulcera cum Gummi.

℞. *Pulv. ſulphuris* unc. ſemis I.

Fiant inde doſes duæ ſumendæ mane & ſero. Repetantur per menſes. Adjecto Syrupo fiant Boli No. q. pl. Sumendi eodem modo.

1102. TROCHISCI

In morbis pectoris expectorantes incidentes, in aſthmate, orthopnœa.

℞. *Stibii diaphoret. non ablut.*
M. Sulphuris ana dr. III.
Flor. benzoes dr. I.
Sacchari unc. IV.
Olei ſtill. aniſi gutt. VI.
Mucilag. Gummi tragacanth. aq. naphae extract. q. ſ.

Ut F. Trochisci dr. I.
Sumat duos de die.

1103. ALII

In ſcabie, efflorescentiis cutaneis, arthritide, rheumatismo.

℞. *Stib. diaphoret. non ablut.*
M. Sulphuris ana dr. III.
Sacchari albi unc. III.

F. pulvis ſubtilis, & cum ſ. q. mucilag. gummi tragacanthæ in aq. naphæ ſolutæ redigatur in trochiscos dr. ſemis. Sumat duos de die.

1104. ELECTUARIUM

Hœmorrhoidale cum alvo dura, & antiſalivale.

℞. *Pulpae Caſſiae.*
— *Tamarind.* ana unc. ſemis.
Pulv. ſulphuris dr. III.
Syrup. roſar. ſolutiv. parum

Ut F. electuarium, de quo ſumat aliquoties de die ad nucis juglandis magnitudinem.

1105. ALIUD

In phthiſi.

℞. *Pulv. cort. peruv.* unc. I.
Flor. ſulphur. dr. I.
Syrup. violar. q. ſ.

Ut F. l. a. Electuarium.

Sumat æger bis, ter de die ad nucis juglandis magnitudinem, ſuperbibendo lac vel ſerum lactis.

1106. PUNCH

Acidulatus pro potu ordinario in morbis putridis, & ſanguinis diſſolutione.

℞. *Infuſi roſar. rubr.* libr. II.
Spirit. ſulph. per camp. dr. II.

Sumat pro libitu, nimis acidus edulcorari poteſt ſaccharo.

1107. BALSAMUS SULPHURIS

Conveniens in morbis ulceroſis pulmonum.

℞. *Butyri Cacao* unc. III.
Mag. ſulphuris unc. I.

Lento igne ebulliant, dein continua ſpatulæ agitatione hora cum dimidia agita, donec refriguerint. Sumat bis de die hujus balſami ſcrup. ſemis, dein etiam ſcrup. I.

1108. IDEM

1108. IDEM

Paulo aliter magis balſamicus, & abſente febre dandus.

℞. *Butyri Cacao* unc. III.
Olei terebinth. dr. I.
Magiſt. ſulph. unc. I.
F. l. a. Balſamus. Uſus prioris.

1109. VEL

℞. *Praecedentis Balſam.* unc. ſemis.
Pulv. croci gr. X.
— *Gummi Arab.* dr. ſemis.
Conſerv. fl. Pap. rhoead. vel
— — *Malvae* vel
— — *Hederae arbor.* dr. V.
M. F. Conditum, quod de die abſumatur.

1110. BALSAMUS HEPATIS SULPHURIS

Vulnerarius detergens ſiccans ad ulcera ſordida, ſcrophulas &c.

℞. *Hepatis ſulph.* unc. ſemis.
Aloes.
Myrrhae ana dr. ſemis.
in pulverem tenuiſſimum redactis ſuperfunde
Balſam. ſulph. terebinth. q. ſ.
F. l. a. Balſamus. Detur uſui.

1111. SPECIES PRO BALNEO

In Arthritide, articulorum nodis, paralyſi, calculo, hyſterica paſſione.

℞. *Calcis vivae*
Sulphuris apyret. ana libr. I.
Aq. danub. lib. XXX.
Præmiſſa unica ebullitione extrahatur per noctem lixivium, altero die fiat balneum plenum cum aqua fluente. Vide MATER. MEDIC.

INSPISS.

INSPISS. ANTIMURIATICA.

CALX.

1112. AQUA CALCIS

In acrimonia muriatica, in acido, & ubi exſiccandum, in fluore albo, dyſenteria, ulcere interno, ſcorbuto muriatico, externe ad ulcera plorantia, fiſtulas, vitiliginem, lepram, tineam, ſirones.

℞. *Calcis vivae* libr. ſemis.
Aq. pluvial. menſ. V.

continua agitatione, ut tota deliqueſcat, exſtinguatur, colata vaſis plenis obturandis ſervetur uſui. Sumat primo minori doſi dein ſenſim adſcendendo majori, vel ſolam vel lacte contemperatam: externe inſtar lavamenti.

1113. ALIA MEDICATA

Ad ſcrophulas, fluorem album, vel ad ulcera laxa.

℞. *Infuſo Decoct. ſummitat. Roris marin.* Menſ. II.
Calcis vivae unc. II.

Coletur, ut prior. D. uſui.

1114. ALIA MEDICATA

In calculo.

℞. *Calc. Oſtracod. recent. calcin.* unc. ſemis.
Infuſi ſem. Dauci Menſ. I.

Exſtinguatur, coletur, ſervetur ut prior ad uſus.

1115. IN-

1115. INFUSUM CALCIS MEDICATUM

Ad morbos cutaneos poſt ſalivationem conveniens.

℞. *Raſur. ligni ſaſſafras*
— — *guajac.* ana unc. I.
Aniſi ſtellat. contus. unc. ſemis.
Aq. ferventis libr. III.

Digere in balneo vaporis per duas horas: in Colat. ſolve *Calcis vivae* dr. I.

Colatura detur uſui.

Sumat vaſculatim, & reſiduis ſpeciebus nova ſuperaffundatur aqua, & de novo digerantur.

1116. MIXTURA

In calculo conveniens.

℞. *Aq. ſtill. foeniculi*
— *Calcis Oſtraeod.* ana libr. I ſemis.
Syrup. diaſereos unc. I.

M. Sumat tribus vicibus, vel etiam cochleatim.

1117. LINIMENTUM

Ad ulcera plorantia.

℞. *Aq. calcis recent.* unc. ſemis.
Olei olivar. q. ſ.

Ut F. Linimentum.

1118. ALIUD

Ad ſcorphulas clauſas.

℞. *Lixivii calc. vivae* unc. I.
Sapon. venet. q. ſ.

Ut F. Linimentum calide applicandum.

1119. FOMENTUM, LAVAMENTUM

Antiſeptica, & ad ulcera laxa.

℞. *Aq. calcis recent.* libr. I.
Spiritus vitrioli dr. I ſemis.

D.

1120. ALIUD

Ad eryſipelas, ſcabiem, ulcera maligna ſiccans repercutiens, dum ea eſt indicatio.

℞. *Aq. Calcis recent.* libr. I.
Sacchari Saturni dr. I.

D.

1121. LINIM. CATAPLASMA

Ad iſchiatidem, arthritidem fixam rubefaciens.

℞. *Calcis vivae* unc. ſemis I.
Mellis q. ſ.

D. uſui.

1122. MASSA LITHONTRIPTICA

℞. *Sapon. hiſpan. raſi* libr. II ſemis.
Calcis oſtrear. libr. ſemis.

Coque in vaſe ſtanneo ad ſaponis ſolutionem, agitentur, miſceantur, & inde formentur Pilulæ gr. III. Sumat omni bihorio IV. etiam plures.

INSPISS.

INSPISS. ANTIOLEOSA, ANTIPUTRIDA.

SACCHARUM.

Spec. THOMAEUM.

1123. CLYSMA

Solvens demulcens in diarrhœa ab acri.

℞. *Lactis* unc. VI.
Sacchari thomaei unc. I.

M. & tepide injiciatur.

PYRAMIDALE.

1124. POTUS ORDINAR.

In febribus acutis, plethora oleoſa.

℞. *Sacchar. albiſſ.* unc. IV.
Aceti dr. I.
Succi ribium
Roob Ribeſior. ana unc. I.
Decocti hordei libr. II.

M. Sumat pro libitu.

1125. PULVIS

Ad oculi pannum abſumendum.

℞. *Sacchar. albiſſ.* dr. II.

F. pulvis tenuiſſimus inflandus loco affecto mediante calamo.

CANDUM.

℞. *Sacchari candi* unc. I.

D. utatur ad potus theatos in morbis pectoris.

ROSACEUM.

℞. *Sacchari roſacei* unc. I.

D. uſus præcedentis in phthiſi.

1126. CONSERVA

In phthiſi.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* unc. I.

Conſpergatur

Elixir. vitrioli gutt. XV.

Sacchar. roſac. pulv. unc. ſemis.

D. Sumat omni hora dr. I.

CLASSIS OCTAVA

EVACUANTIUM.

I. SUDORIFERA

AQUOSA.

1127. HAUSTUS

Sudorem movens ſuſcepto miaſmate cum febre.

℞. *Aq. fervidae vaſculum*
Aceti ſimplicis cochl. II. III.

Bibat cum regimine debito.

1128. ALIUS

In eodem, & aliis caſibus.

℞. *Infus. Thee ordin. fervent.* libr. I.
Aceti deſtillat. Samb. unc. I.
Sacchari ad libitum

D. uſui.

1029. MIXTURA

In eandem indicationem.

℞. *Aq. ſtill. Sambuc.* unc. III.
Aceti Sambuc. unc. ſemis.
Roob Sambuc. dr. III.

M. D. pro doſi, ſuperbibendo potum theatum calidum.

1130. THEE

In eodem caſu.

℞. *Flor. Sambuc.* manip. I.

D. ut pugillus unus infundatur vaſi theato, ad ſingulum vaſculum ebibendum addatur

Aceti Samb. cochlear dimidium

Sacchari q. p.

D. Ebibat totum.

ANTIMONIALIA.

1131. PULVIS

In iisdem caſibus.

℞. *Stib. diaphor. non ablut.* dr. ſemis.

Lap. cancror. citrator. ſcrup. I.

M. D. pulvis, ſuperbibendo potum theatum.

1132. HAUSTUS

In iisdem caſibus.

℞. *Stib. diaphoret. non ablut.* dr. ſemis.

Lap. cancror. citrat. ſcrup. I.

Roob ſambuci dr. II.

Aq. ſambuc. unc. III.

D. Superpotando potum theatum calidum.

STIMULANTIA AROMATICA.

CALENDULA.

1133. THEE

℞. *Flor. Calendulae* manip. ſemis I.

D. uſui.

1134. MIXTURA

Alexipharmaca.

℞. *Aq. ſtill. calendul.* unc. VI.

Acet. calend. unc. I.

Syrup. contrajervae unc. ſemis

M. D. ut abſumat binis vicibus, vel cochleatim.

1135. INFUSUM

In eundem ſcopum.

℞. *Flor. Calend.* manip. I.
infunde in *ſeri lactis* libr. I. Colat. adde
Acet. calendul. unc. ſemis.
Syrup. ſcordii unc. I.
M. D. uſus prioris.

CARDUUS BENEDICTUS.

1136. DECOCTUM

Contra peſtem.

℞. *Cardui benedict.* manip. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Aceti rutacei unc. I.
Syrup. de acetoſit. citri unc. I ſemis.
M. Sumat omni bihorio vaſculum calide.

1137. PULVIS

Stomachicus amarus incidens.

℞. *Pulv. card. benedict.*
Salis amari ana ſcrup. I.
Elaeoſacchari citri dr. ſemis.
M. D. pro doſi, & tales fiant ad libitum, ſumat in vino.

1138. BOLUS

In eodem caſu, etiam bile deficiente valens.

℞. *Conſer. Card. Benedict.* dr. ſemis.
Theriacae gr. X.
Salis Card. benedict. gr. V.
D. & Sumatur unus mane omni die.

1139. MIX-

1139. MIXTURA

Reſolvens in obſtructione, ictero, poſt febres intermittentes.

℞. *Succi card. Benedict.* unc. IV.
Terrae foliat. tart. dr. I ſemis.
Syrup. de Cinnamom. unc. I.
Roob. ſambuc. unc. ſemis.
Seri lactis tamarind. libr. I ſemis.

M. Sumat omni hora, vel bihorio cochlearia duo.

1140. ESSENTIA

Sudorifera.

℞. *Card. Benedict. concis.* dr. I.
Aceti vinoſi dr. VI.

Vaſe clauſo digerantur in balneo mariæ, liquori collato adde

Extract. angelicae dr. I.

Dilue, digere, & exhibe.

Sumat guttas L. in potu theato.

1141. FOMENTUM

Ad ſugillata.

℞. *Card.* Benedict.
Rutae ana M. I.
Salis gemmae dr. I.

Coque in ſ. q. *vini* vaſis clauſis, in Colat. libr. II. Diſſolve

Extract. Card. Bened. unc. ſemis.

D. ut lintea calido liquori immerſa applicentur.

1142. CATAPLASMA

Ad eadem.

℞. *Herb. recent. Card. Bened.* manip. II.
Salis commun. dr. ſemis.
Aceti rutacei parum.

Contunde, & redige in conſiſtentiam cataplasmatis parti applicandum.

CARDUUS MARIAE

Ut Carduus Benedictus præſcribitur.

1143. FOMENTUM

Ad ulcera erodentia.

℞. *Herb. Card. Mariae* manip. II.
Calcis vivae unc. I.
Myrrhae unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ: Colat. expreſſ. libr. II. exhibe.

CARLINA.

1144. PULVIS

In ſcabie.

℞. *Rad. Carlin.*
Flor. ſulph. ana ſcrup. I.

Redige terendo in pulverem, & fiant tales No. VI. Sumat duos de die.

1145. INFUSUM

Alexiterium.

℞. *Rad. Carlin. contus.* unc. ſemis.

Infunde ad cineres calidos in aq. ferventis libr. I. ſtet in digeſtione per horam, Colat. adde
Aceti theriacal. unc. ſemis.
Syrup. de acetoſ. citri unc. I.

M. ſumat vaſculatim calide.

CARYOPHYLLATA.

1146. COLLUTORIUM, LAVAMENTUM, FOTUS

Ad gingivas laxas ſcorbuticorum, ad ulcera ſcorbuto diffluentia.

℞. *Flor. roſar. rubr.*
— *Balauſt.* ana pug. III.
Rad. Caryophyllat. unc. I ſemis.

Coque in ſ. q. *vini rubri* per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis exhibe.

Nota, pro collutorio omnia ſimpliciter infundi poſſe in aqua fervente, & ad cineres calidos digeri.

1147. INFUSUM

In Podagra cum regimine diaphoreticum.

℞. *Caryophyllat. recent. cum toto* unc. ſemis.
Herb. Chamaepit. manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. aq. ferventis per mediam horam, Colat. libr. I ſemis detur uſui, vel adde
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

D. Sumat vaſculatim calide.

CENTAURIUM MINUS.

1148. ELECTUARIUM

In vitiis mucoſis ſtomachi, ad febres intermittentes, & languorem ventriculi poſt eas.

℞. *Conſerv. Centaur. min.* unc. I.
Extract. cent. minor.
— — *Imperat.* ana dr. I.
Salis ammon. ſcrup. II.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.

Ut F. Electuarium. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

1149. INFUSUM

Antifebrile, & ad eadem valens.

℞. *Cort. peruv. contus.*
Rad. caryophyllat. c. ana unc. ſemis.
Summitat. Centaur. min. pug. III.
Vini generoſi unc. VI.
Aquae libr. I.

Stent in digeſtione frigida per IV. horas, Colat. libr. I. adde

Syrup. de Cinnamom. unc. I ſemis.

Abſumat tempore apyrexias, reliquas ſpecies nova aſfuſa aqua decoquat vaſe clauſo per quadrantem horæ. Sumat ut prius.

CHINAE RADIX.

1150. DECOCTUM

Demulcens ſanguinem, mundificans, arthriticis, rheumaticis, lue venerea laborantibus utile.

℞. *Rad. Chinae* unc. I.
— *Sarſaparillae* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ſub finem adde

Herb. Chamaepit. manip. ſemis.

Colat. libr. II. adde

Syrup. Card. Bened. unc. I ſemis.

D. uſui. Abſumat de die frigide, vel calide, prout videbitur.

CON-

CONTRAYERVAE RADIX.

1151. INFUSUM

Stimulans, vires erigens in peſte, febribus exanthematicis, ubi natura debilior vel miasma vagum adhuc, vel materiem morbi per ſudorem expellere non valet.

℞. *Rad. contrajerv. contus.* unc. ſemis.
Aceti vinoſi unc. I.
Aq. fontan. libr. I.

Stent in digeſtione vaſis clauſis in balneo mariæ per horam. Sumat bis, ter de die de colatura vaſculum.

1152. PULVIS

Stomachicus carminans & pro regimine ſudoriferus.

℞. *Sacchari alb.* gr. XV.
Olei ſtill. anis. gutt. II.
Pulv. contrajervae ſcrup. I. dr. ſemis.

D. pro doſi, & repetatur.

LEVISTICUM.

1153. INFUSUM

Alexiterium.

℞. *Fol. contus. leviſt.* manip. ſemis.
Sem. leviſt. contus. dr. II.

Infunde in ſ. q. aquæ ferventis vaſis clauſis in balneo mariæ per horam: Colat. libr. I ſemis adde

Aceti theriacal. unc. ſemis.

M. Sumat vaſculatim calide.

1154. SUCCUS

Emmenagogus ſpecificus.

℞. *Fol. recent. leviſt.* q. ſ.
irrora
Aq. cinnamom. lact. dr. I.
exprimatur ſuccus unc. VI.
Abſumatur de die.

1155. ALIUS

Solvens deobſtruens, morbis Hypochondriacis utilis.

℞. *Rad. recent. leviſt. contus.* q. ſ.
irrora diverſis vicibus
Liq. tart. ſplenet. dr. II.
Ut exprimatur ſuccus unc. IV.
cui adde
Infuſi ex rad. preſſis cum ſero lactis facti ad cineres calidos libr. I.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.
D. Abſumat de die.

1156. MORSULI

Antihyſterici.

℞. *Sem. leviſt. groſſo modo contrit.* dr. IV.
Nucis moſchat. raſae & concis. dr. I.
Sacchari roſac. unc. ſemis.
Mucilag. gummi tragacanth. q. ſ.
F. l. a. Trochiſci dr. ſemis. Sumat II. III. de die.

Nota, minorem Sacchari quantitatem hic ſumi, ut vis medicamenti non infringatur, dum enim in præſcribendis morſulis, tabellis, trochiſcis gratiæ nonnulli ſtudent, Medicamentorum vires obtinere non poſſunt.

1157. ES-

1157. ESSENTIA

Antihyſterica in pituitoſis incidens.

℞. *Sem. leviſt. contus.* dr. I ſemis.
Liq. ſalis ammon. unc. ſemis.

Digerantur vaſe clauſo in balneo mariæ per horam, de colat. expreſſa ſumat guttas L. cum anatica portione liquoris viſceralis bis, ter de die.

1158. ALIA

In eodem caſu magis anodyna in cauſa aliquantulum acida.

℞. *Sem. leviſtic. contus.* dr. I.
Liq. cornu cerv. ſuccinat. dr. VI.
Tinct. Antimon. tartariſat. dr. I.

Digerantur ut prius, colentur. Sumat guttas XL. bis de die in vaſculo infuſi leviſtici.

1159. ALIA

In eodem caſu in cauſa alcalina.

℞. *Sem. leviſtic. contus.* dr. I ſemis.
Liq. anod. miner. Hoff. dr. V.
Eſſent. ſuccini dr. I.

Digerantur, ut prius, exprimantur. Sumat gutt. XXX. XL. bis, ter de die in vaſculo infuſi leviſtici.

ORI-

ORIGANUM VULGARE.

1160. THEE INFUSUM, ELECTUAR.

In morbis pectoris pituitoſis, in perſpiratione inſenſibili ſuppreſſa, & inde ortis defluxionibus catarrhalibus.

℞. *Summitat. orig. vulg.*

— — *Hyſſopi* ana manip. I.

Flor. Chamomillae. pug. III.

Conciſæ dentur ſpecies pro Thée, vel infundantur, vel pulveriſentur, & addatur

Mellis pectoralis q. ſ.

Ut F. electuarium. Sumat modis conſuetis.

ORIGANUM CRETICUM

Ut vulgare præſcribitur.

PETASITIDIS RADIX.

1161. INFUSUM

Alexipharmacum, ſudoriferum.

℞. *Rad. Petaſitid. contus.* unc. I.

Salis ammoniac. dr. I.

Aceti vinoſi unc. I.

Vini albi acidiusculi unc. X.

Infunde in balneo mariæ per horam. De colatura calida ſumat cum regimine aliquoties cochlear, donec ſudet. Poteſt & ipſum præſervativo ſcopo mane ſumi, valet idem cum melle in aſthmate.

1162. ALI-

1162. ALIUD

In Epilepſia.

℞. *Rad. petaſitid. contuſae* unc. I.
Hydromellis libr. I.

Infunde in balneo mariæ per horam, de Colatura ſumat mane unc. III.

Repetatur purgante interpoſito.

1163. ESSENTIA

Potenter pituitam incidens in aſthmate pituitoſo, & ſimilibus pulmonum morbis & aliis, in fluore albo &c.

℞. *Rad. recent. petaſitid.* dr. II.
Salis tart. ſcrup. I.

Contunde, tere diu inſimul in mortario ſenſim affundendo ſpiritus vini unc. V. tum omnia bene obturando vaſi immitte, in vaporis balneo per horam digere, cola, & exprime. Sumat in infuſo mellito Hyſſopi gutt. L. vel XX. in Saccharo.

1164. CATAPLASMA

Crudum ad bubones peſtilentiales difficilius ſuppurantes.

℞. *Rad. recent. petaſitid.* unc. III.
Lixivii ſaturat. ciner. q. ſ.

Ut F. cataplasma, quod applicetur calide, & renovetur.

PEUCEDANUM

1165. INFUSUM

Ad uterum ſtrangulatum, & paralyſim.

℞. *Rad. peuced. recent.* unc, ſemis.
Pulv. caſtor. dr. II.
Aq. ferventis libr. I.

Stent in digeſtione ad cineres calidos per medium horæ: Colat. adde

Syrup. pap. rhoead. unc. I.

D. Sumat omni bihorio parvum vaſculum.

POEONIA.

1166. INFUSUM

Antiepilcum roborans.

℞. *Rad. recent. poeon. contuſ.* unc. ſemis.
Flor. poeoniae conciſ. pug. II.
Vini albi
Aq. ſtill. rutae ana libr. ſemis.

Infunde vaſo clauſo per medium horæ in balneo vaporis. De Colatura ſumat bis de die vaſculum per plures ſeptimanas.

ROSMARINUS.

1167. THEE, INFUSUM AQUOS. VINOS.

In morbis nervorum, ſyncope, paſſione hyſterica, vertigine a cauſa pituitoſa, debilitate ſenſuum & languore, apoplexia, paralyſi, lethargo.

℞. *Summitat. Roriſmarin.* manip. ſemis.
— — *Lavendulae* pug. I.

Conciſæ ſpecies dentur pro Thée, vel infundantur in anaticis partibus *vini* & aquæ, digerantur in balneo mariæ per horam: Colat. libr. I ſemis addi poteſt
Eſſent. croci vel
Liquoris anod. mineral vel
Spiritus Reg. Hungar. dr. II.

M. Sumat omni hora cochlearia duo.

1168. BOLUS

In debilitate ſenſuum ſenili excitans.

℞. *Conſerv. Anthos* dr. I.

D. pro bolo, et fiant tales No. IV. Sumat omni mane unum cum infuſo vel aq. ſtill. Rorismarini.

1169. ELECTUARIUM

In debilitate ſenili.

℞. *Sacchari alb.* gr. II.
Olei ſtill. Roriſmarin. gutt. III.
Conſervae flor. anthos unc. ſemis.
Extract. Meliſſae dr. I.
— — *Croci* ſcrup. I.
Aq. Reginae hungar. dr. I.

M. F. Electuarium. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem, ſuperbibendo aliquot uncias aq. ſtill. Rorismarini.

SAN-

SANTALUM.

1170. INFUSUM

